

24 Supposito autem quod ex hujusmodi statuto, & consuetudine tam Canonici, quam portionarii abientes ultra quadraginta dies priventur distributionibus quotidianis dumtaxat, non autem parte aliqua fructuum, Dubitatur secundo loco, an eisdem liceat gaudere vacatione trium mensium, juxta permillum Conc. eo. c. 12. §. Præterea, citra amissionem alicujus partis fructuum.

25 Pro resolutione præmitto beneficii omnia regularia etiam non curata requirere personalem residentiam, c. *Cum singulari*, de *prob. lib. 6.* & quidem majorem, quam beneficia secularia, Navar. in c. *Nihilam*, 18. q. 2. *nam*, 43. non enim sola possessio, & fructuum perceptio est causa in iis personalis residentie, sed titulus, ut amputetur materia vacationis, & dissolutionis, 16. q. 1. c. *Quidam*, & c. *Monachi*. Ita Vital. in *Clem. 1. 9. Sanæ*, *nam*, 9. de *stat. Monach.*

26 Secundo præmitto, à residentia etiam in beneficiis regularibus excusare causam rationabilem, puritatem, c. *Clem. 1. 9. Sanæ*, Conc. *Trid. sess. 25. de Regul. c. 4.* Cæterum inter beneficiatos seculares & regulares hæc est differentia, quod illi tempore permisso possunt abesse etiam sine licentia, & nihilominus fructus percipere, ut censuit Sacra Congregatio, Regulares autem non nisi cum licentia sui superioris, d. c. *Quidam*, & c. *Monachi*, 16. q. 1. que licentia includit etiam iustam causam, Abb. in c. *Cum ad hoc*, *nam*, 4. de *Cler. non resid.*

29 Hinc respondetur Canonicos Regulares posse etiam ultra 40. dies abesse cum licentia sui superioris citra amissionem aliquam fructuum; tum quia nulla supponitur Constitutio Ecclesie, qua prohibeatur absentia ultra 40. dies, Unde præfatio Concilii d. c. 12. §. *Salvo*, non intrat; tum quia quatenus adesset, non videretur impedire quod minus Prælati permittere valerent Canonico Regulari, ut ex causa rationabili abesset pro tempore sibi bene viso, & interim fructus debitos ratione tituli consequeretur, quamvis de distributionibus, quæ ratione personalis servitii dantur, diversâ quædam ratio sit, ob quam forte necessarius est consensus Capituli, de cuius interesse particulariter agitur propter jus accrescendi.

30 De Portionariis secularibus quatenus absint cum debita licentia, idem videtur dicendum; eisdem autem absentibus absque licentia denegandos esse etiam fructus grossos, ne dum distributiones; Tum quia Concilium quatenus permittit vacationem trium mensium, stat restrictivè, ut tollat longiores vacationes, non ut illam concedat, ubi alias non permittitur, ad gloss. in c. *Quando*, in *ver. Invidiositas*, de *V. sac.* tum quia etiam de jure communi quin non fecerunt residentiam, si petant fructus, repelluntur exceptione, ut per Abb. in cap. *Concurrente*, *nam*, 4. *supra eodem*: quod magis procedit contra ipsos Portionarios, qui sunt tanquam stipendiarii, Abb. in c. *Ea que*, §. *Præcipimus*, de *stat. Monach.* Et stipendium datur ratione famulatus, c. *Diversi*, de *Cler. conjug.* ubi Abb. dicit esse textum pro opinione Calderini, quod Clerici cessantes à divinis officijs teneantur ad restitutionem fructuum Quam opinionem in foro conscientie tutiorem dicit Abb. in c. 1. *in fin. de celebr. M. ff.* & Sacra Congregatio alias videtur lectura. Nec refragatur ponderatio Concilii d. §. *Præterea*, in *ver. Priventur*, quia advertendum est illud verbum referri etiam ad illam portionem fructuum, quos de-

serviendo illo anno ratione præbende, & residentia fecerunt suos, quorum fructuum respectu propriè cadit privatio. Non enim est novum idem verbum respectu diversorum importare privationem juris, & facti, ut not. per gloss. in *ver. Statutum*, de *tempor. ordin. lib. 6.* Et sic text. in l. 2. ubi gloss. in *ver. Manu*, in *trifido*, *off. Pro. onf.* & in l. *Pater Severimus*, §. *Condonationum verba*, §. *de can. dir.* & *denunti.* Cum similibus adductis per Roman. *conf.* 480. n. 5. *vers.* *Nec enim est incongruum unum idemque verbum*, & latius per Socin. *juvior. conf.* 128. n. 220. cum multis *seq. lib. 1.*

### DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

#### Cap. Cum ad hoc.

S Y M M A R I V M.

- 1 Privilegiati super absentia coguntur redire per subtractionem proventuum, si Ecclesia patitur ministeriam defectum, & n. 14.
- 2 Canonici, & præbendati qui absque Episcopi licentia se contulerint studiorum causa ad universitatem privilegiantur, an possint ab eo revocari ad residentiam, præsertim si Ecclesia ministerium defectum patitur, & numer. *seq. usque in fin.*
- 3 Beneficiatus abesse non licet studiorum causa sine licentia Episcopi petita, & obtenta.
- 4 Alias coguntur redire per subtractionem fructuum, & beneficii.
- 5 Etiam si universitas sit privilegiata super fructibus in absentia percipiendis, & n. seq.
- 6 Scholares ut in absentia licite percipiant fructus præbendarum suarum popularitè requiruntur licentia Episcopi, & privilegium.
- 7 Et sufficit privilegium generale, de quo in cap. *in de magistr.*
- 8 Dispensationes de non residendo, & de fructibus in absentia percipiendis non suffragantur nisi Ordinarii consensu accedat.
- 9 Licentia Capituli non prodest ad hoc ut beneficiatus abesse possit studiorum causa.
- 10 Scholares debent esse doctes, & Episcopus debet cognoscere an sint ætate, natura, & ingenio tales, qui possint in litteris proficere.
- 11 Scholares negligentes, & inutiliter studentes revocari possunt ad residentiam.
- 12 Scholares facientes casus, & nuiverantes regula, non sunt scholarium privilegia honorandi.
- 13 Beneficiatus, qui in studia moralium sine licentia Episcopi, præsumuntur id facere in fraudulento.
- 14 Canonici non ultra duos de licentia Episcopi abesse possunt studiorum causa.
- 15 Quod verum est ubi immineret præjudicium Ecclesie, si plures mitterentur ad studia.

CUM AD HOC. Si Ecclesia patitur ministerium defectum privilegiati super absentia per subtractionem proventuum redire coguntur, hoc dicit secundum Joan. And. & omnes, & est bonus text., & potest multum præ-

stari secundum Abb. Primò narrat factum, Secundo providetibi, mandamus.

2 QUERO. An Episcopus possit revocare ad residentiam Canonicos, & præbendatos, qui absque eius licentia abcesserunt, & se contulerint ad studia alicujus Universitatis privilegiate, præsertim si Ecclesia propter eorum absentiam ministerium defectum patitur.

Emerit hoc dubium in Cathedrali Overensi: nam cum Episcopus suis litteris conqueisus esset Domino Papæ quod plures Canonici, & præbendati deserta Ecclesia sine ejus licentia ad universitatem Salamant. studiorum causa se contulerint, & Sanctitas sua misisset litteras ad S. Congregationem Cardinalium Tridentini Concilii interpretum, emanavit supradictum dubium, ad quod videtur affirmative respondendum.

3 Nam explorati juris est, nulli Beneficiato ex iis, qui ad residentiam tenentur, abesse licere studiorum causa sine proprii Episcopi licentia petita, & obtenta, ut aperte constat ex cap. *Relatum*, & ibi gloss. in *ver. Præbendam*, & Abb. *num. 1. & 5.* & ex cap. *Tuam*, ubi accepta licentia, supra eod. ubi hoc notat Jo. Andr. *num. 1. Buer. num. 7. Abb. num. 1.* & alii communiter, & ex cap. *Cum ex eo*, scribi gloss. in *ver. Episcopi*, *Gemin. num. 9.* & *Franc. num. 2. de elect. lib. 6.* *Felin. in cap. final. num. 3. vers. Sexto limit. infra de magistr.* Et qui sine hujusmodi licentia abcesserint compelli possunt redire ad residentiam, non modo per subtractionem fructuum, pro ut sit cum illis, qui absint ex indulgentia Sedis Apostolicæ, ut patet hic in fine, juxta gloss. ultima, sed etiam per privationem, seu subtractionem beneficii ex toto, ut dicitur cap. *Relatum*, *vers. Poterunt auoveri*, & ibi gloss. in *ver. Auoveri*, cap. *inter quatuor*, & ibi gloss. in *ver. Privari*, & cap. *Ex tua*, supra eod. & notat gloss. *ultim. hic* Jo. Andr. in d. c. *Relatum*, *num. 1. & 2.* & ibi etiam *Buer. num. 1.* & idem Jo. Andr. in c. 2. *nam*, 4. *Gemin. num. 7. de privileg. lib. 6.* *Holtien. in Summa hujus tit. 9. que sit pena, num. 3. vers. Sed si non habuit*, & *vers. Aut causa probabili*, & in *re de Magistr.* §. *An Clericus studio*, n. 9. *vers. Sine licentia autem Prælati* Quod etiam novissime statutum est in Concilio Trident. *sess. 6. de reformatione*, cap. 2. & in cap. 12. *vers. Præterea obinentibus*, *sess. 24. de reformat.*

4 Quæ conclusio vendicat sibi locum, etiam positò quod Academia Salamantina sit specialiter privilegiata à Sede Apostolica super fructibus in absentia percipiendis, quia ad hoc ut abiens studiorum causa hujusmodi fructus percipere possit, duo copulative requiruntur, videlicet, ut absit de licentia sui Prælati, & studium sit privilegium super percipiendis fructibus in absentia, licet est studium Bononiense; vel alias absens sit privilegiatus ex indulgentia Papæ, vel Prælati, vel à statu Ecclesie, vel consuetudine: Sic probat text. in cap. *Tuæ*, in *ver. Studiorum gratia est indultum*, junctis verbis, *accepta licentia*, supra eod. & ibi dixi *num. 2.* post Jo. Andr. *num. 1. in ver. Fructus*, *Buer. in 1. notab.* *Cardin. num. 7. in 5. quest. Imol. num. 1.* *Anchar. num. 7. Abb. num. 3.* *Joan. de Anan. num. 2. vers. Nota quod habens privilegium*, & *Alex. de Navo in 1. notab.*

7 Neque obstat, quod gloss. in cap. *in ver. Licentia de Magistr.*, exponendo verba illa text. *de Scientia Sedis Apostolicæ*, dicat, scilicet generali a-

uctoritate illius Constitutionis; Unde non est necesse aliam indulgentiam impetrare. Simile in cap. *Non debere*, §. *diffinitio*, cap. *Conditio*, 16. q. 1. & c. *Quantum*, 100. *dist.* cum aliis allegatis in eadem gloss. inquam, non obstat, quia illa gloss. non loquitur de licentia non residendi, sed de licentia, seu indulgentia percipiendis fructus in absentiam cum textus dicat docentes & studentes in Theologica facultate per annos quinque percipere debere de licentia Sedis Apostolicæ proventus præbendarum suarum, gloss. exponit illud verbum, *licentia*, id est, generaliter concessa auctoritate illius Constitutionis. Sed non excludit aliam licentiam Prælati de non residendo, quæ ultra privilegium omnino est necessaria, ut constat apertissime ex juribus, & auctoritatibus supradictis. Neque ex eo quod privilegium requiritur, licentia Prælati est superflua quia operatur, ut puniri non possint, quia non residentem beneficio, ut contra Archidia. c. in *ca. de quibusdam*, in *fo. 27. dist.* concludit Jo. Andr. in dicto cap. *Tuæ*, n. 1. in *verbo Fructus*, supra eod. cum quo concordat ibi *Cardin. in 5. q. Anchar. n. 7.* & communiter DD. *Marin. Socin. in cap. fin. n. 17. de Magistr.*

8 Quomodo hodie ac indulta Apostolica de non residendo, & de fructibus in absentia percipiendis tollantur, nisi Episcopi consensu accedat, quia Pius IV. in sua Constitutione incipit, *Sacrosanctissimus in Christo Pater*, publicata die 24. Novembris anni 1564. declaravit has dispensationes de non residendo, ac de fructibus præbendarum, & beneficiorum in absentia studiorum causa percipiendis quæ à Sacra Penitentaria, & Sede Apostolica concedi, & emanare contigerunt, nequaquam hujusmodi absentibus suffragari, nisi singulorum Ordinariorum locorum; in quibus singula beneficia hujusmodi consistunt, consensu gratis præbendus ad id accedat. Hæbetur hæc Constitutio inter alias registrata post indicem materiam Concilii Tridentini, Quomodo hinc Canonici, & Præbendati absint sine consensu & licentia Episcopi, ut supponitur in dubio, utcumque universitas sit privilegiata, ambiguntur potest, quin iuris remediis possint ad residentiam revocari.

9 Nec fœteri possunt licentia Capituli, quia ut ex dictis constat, requiritur licentia, & consensus Ordinarii, præsertim quia, ut inquit Holtien. in *Summa de Clericis non resident.* §. *Qui Clericus teneatur*, *num. 1. ad fin. vers. Iveris*, & §. *Que sit pena*, *num. 3. vers. Item excusatur*, non ita exactè id curat Capitulum, quia cum interim percipiat, quod abiens lucraretur, faciliter dat istas licentias. Ideo autem est necessaria Episcopi licentia, quia cum transmittendi ad studia literarum debeant esse doctes, ut dicitur in dicto cap. *fin.* Episcopus debet sedulo disquirere an sint ætate, natura, & ingenio tales, qui possint in litteris proficere, & honestam licentiarum, ut inquit ibi Holtien. *num. 2.* Jo. Andr. *non. 10.* *Buer. num. 3.* & *Abb. num. 2.* & *Felin. num. 3. vers. Sexto limit.* & idem Holtien. in *Summa*, *ead. tit. in Cleus* *fructus in absentia*, *num. 9. vers. Sine licentia autem Prælati*, gloss. in cap. *Cum ex eo*, in *verbo Literarum*, & ibi etiam Jo. *Monach. num. 1.* & *Philipp.*

11 Francus *num. 2. de elect. lib. 6.* Quo fit, ut ad residentiam revocari possint etiam illi, qui manentes in universitate de licentia Episcopi negligenter, &



inutiliter dant operam litteris, ut notant in d. cap. fin. de Magistris num. 2. Jo. Andr. num. 4. & 10. Felin. num. 3. vers. Si cuncta limitata, & vers. Sexto limitata; nam ut ibi inquit Host. revocabitur ex causa, puta si non profuit, quia voluntas, seu natura repugnat. Et placet mihi haec opinio, quia Scholares non inirantes, & non attendentes, nec studentes non gaudent privilegio Scholarium, nec Scholares sunt nominandi, ut notat Jo. de Lignan. in proem. Clem. & post eum, Mar. Soccin. in c. fin. num. 24. de Magistris. facit text. in l. 1. in fin. C. de Studen. lib. 17. Rom. ubi glof. dicit: Nota text. contra Scholares, qui male attendunt, qui quandoque adificiant castra, & quandoque numerant regulas. Unde iure optimo, qui non praevia super praemissis Episcopi cognitione, ac licentia in studiis morantur, ad residentiam revocari possunt, ac debent.

13 Et eo magis, quia tales id facere praesumuntur in fraudem legis, secundum Jo. Andr. in d. c. Relatum, num. 1. ut scilicet fugiant ipsi Episcopi correctionem, vel ut liberius vivant, aut forsitan ut litibus vexent extraneos, ut colligitur ex glof. pragmat. Sanctionis, tit. de collat. §. Primum cum, in glof. in ver. Liberius, vers. Ideo qui veniunt ad studium.

14 Haec autem fortius procedunt, quando ex absentia ministrorum Ecclesiae debito servitio destituitur, tunc enim ad residentiam revocandi sunt etiam privilegiati, ut est casus apertus in hac Decretali. Quinimo ob hanc rationem non defuerunt, qui existimaverint licentias de non residendo, & indulta de percipiendis fructibus in absentia non suffragari nisi duobus Canonicis, arg. cap. Ad audientiam, cum ibi notatis per glof. in ver. Aut duo, Buc. num. 1. 3. & Abb. num. 6. supra eod. Et quamvis haec opinio non sit generaliter vera, tamen admitti in eo casu, in quo immineret praedictum Ecclesiae in divinis, si plures mitterentur ad studia, ut declarat Felin. in d. cap. fin. num. 3. vers. Quarto limitata, de magistris, & propterea quamvis Sacra Congreg. Concilii alias declaraverit ad hoc Canonicos abesse possint tribus mensibus ad Concilio permittis, nec Episcopi licentiam, nec causam requiri, illico tamen adiecit limitationem, dummodo non omnes simul abfint, ne Ecclesiae debito servitio destituatur: quoniam autem pars simul abesse possit, Episcopi esse iudicium.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

Cap. Clericos.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficiatus non residens privatur, si monitus non redeat, nec iustam excusationem alleget.
- 2 Clericus habens beneficium residentiam requirens non potest aliam diocesim morandi causa transferre sine sui Praelati licentia.
- 3 Licentia quid importet.
- 4 Beneficiatus absens an, & quando teneatur inservire per substitutum.
- 5 Indulta perpetua de non residendo etiam ex iustis, & rationabilibus causis concessa non suffragantur.
- 6 Beneficiatus an, & quando ad breve tempus ad aliam diocesim transferre possit sine licentia Episcopi.

- 7 Beneficiatus quibus ex causis a residentia excusetur.
- 8 Infirmus an excusetur Parochum a residentia, & n. seq. usq. ad n. 16.
- 9 Et quid si in morbum incidat extra locum beneficii.
- 10 Et quid si infra limites Parochiae.
- 11 Et quid si desit sibi copia Medicorum, medicinarum, & n. 17.
- 12 Et quid si oporteat calum mutare, vel ire ad balneum.
- 14 Parochus, qui ad curandam valetudinem morbo gravi instante sine licentia abfuit, an sit liber a culpa, & poena amissionis fructuum.
- 15 Parochi non excusantur a residentia ob eandem causam, ob quam excusantur Canonici, & n. seq. usq. ad num. 22.
- 16 Beneficiatus non excusetur Parochum a residentia.
- 17 Episcopo non licet pro Cathedrali Ecclesia servitio, vel suo aliquem ex Curati extra ipsorum curam adhibere.
- 18 Nec pro visitatione Diocesis, nisi pro tempore a Concilio permittis, & tunc constitutus in Parochiali idoneo Vicario.
- 19 Nec pro Vicario foraneo, vel servitio seminarum.
- 20 Nec pro cura Monasteriorum Menialium etiam ob sacerdotum penuriam.
- 21 Episcopi de iure communi dispensare possunt cum Parochis ut ad septennium studiorum causa abesse possint, & interim non teneantur ad Sacerdotum promovendi.
- 22 Et quid post Concilium Tridentinum.
- 23 Reservari potest locus, ubi sunt inimici, vel eorum domesticis, seu amicis.
- 24 Inimici capitalibus non debet quis se committere etiam cum litteris salvi conductus.
- 25 Congregationis Concilii styus in licentia non residentiam inlicitam causa.
- 26 Parochus, si inimicitia sine verisimilitudine duratura, inducendus est ad resignandam, vel permutandam.
- 27 Punietur qui sine culpa, sed non sine causa.
- 28 Parochus leprosus ab administratione officio removetur, sed de bonis Ecclesiae sustentatur.
- 29 Inimicitia graves, & gravissimae, seu capitales quae dicuntur.
- 30 Odium Parochianorum non est sufficiens causa non residendi.
- 31 Litterae super beneficio an excuset Parochum a residentia, & n. seq.
- 32 Litterae pendente super titulo Parochiali, non teneatur Parochus ad sacros Ordines promoveri.
- 34 Parochus an liceat abesse possit ut se defendat in causa criminali, in qua fuit condemnatus ab Ordinario.
- 35 Aeris intemperies an Parochum a residentia excuset, & n. 28.
- 36 Titulus de Cler. non residen. in quibus beneficium procedat.
- 37 Pessu tempore an Parochi teneantur residere in suis Parochialibus, & Sacramenta per scriptos ministrare Parochianis suis eo morbo infectis, & n. seq. usq. in fin. An si id non faciant, possint statim privari non expectato tempore a iure praescripto, n. 41. & 45.
- 38 Parochi an teneantur ministrare insecis peste alia Sacramenta, quam Baptismi, & Penitentiae, n. 40. & 45.
- 39 Et an per se, vel per alium, & n. 45.
- 40 Archiepiscopi Florentini sententia de obligatione Paro-

- Parochorum tempore pestis.
- 41 Pessu tempore adversus Parochos non residentes qua forma sit procedendum, & n. 45.
- 42 Parochos abesse posse ex causa pestis, sicut ob capitales inimicitias, censuerunt multi ex Theologis, & Canonistis, & n. 49.
- 43 Episcopus qua temperantia adhibere debeat, ut peste laborantibus Sacramenta administrentur.
- 44 Consuetudo laudabilis, ut Principes, & Magistratus tempore pestis ministros Sacramentorum conducant mercede ex arario.
- 45 Gregorius XIII. decretum de Parochorum residentia tempore pestis.
- 46 Episcopus pessu tempore an continue residere, & Parochos insecis Sacramenta ministrare teneatur.
- 47 Et an ad aliquam suae Diocesis partem, in qua pestis non viget, se conferre possit.
- 48 Parochus cur excusetur a residentia propter inimicitias, & non propter pestem.
- 49 Episcopus potest cadere Episcopatus si in Diocesi non possit secure morari, vel propter aeris intemperiem, vel propter inimicitias.
- 50 Praelatus potest fugere cum specialiter quaeritur a persecutoribus, & salus animarum per alios tuta esse potest.
- 51 Secus si periculum omnibus imminet.
- 52 Pastor animarum ubi necesse fuerit, tenetur mortem subire pro viribus suis.

1 CLERICOS. Privatur beneficio Clericus non residens, si monitus non redeat, nec iustam excusationem alleget. Hoc dicit. Nec patitur divisionem propter unicum verborum structuram.

2 Nota primo, Clericum habentem beneficium, quod personalem residentiam requirit, non posse licite ad aliam diocesim morandi causa transferre sine sui Praelati licentia, nec illuc esse recipiendum, c. Primatus, cum tribus seq. 71. dist. & c. Fraternalitati, supra eod. Unde a contratio sensu infert Abb. in 1. notat. de licentia Praelati licet Beneficiatus ad aliam diocesim morandi causa transferre, etiam morandi causa. Quod tamen limitat duobus modis Primò, dummodo licentia fuerit concessa ex iusta causa hoc enim indicat verbum licentia, quae non nudam voluntatem importat, sed concessio nem ex rationabili causa factam, ut notat Barol. in Extravag. ad reprimendum, & in l. Alio barede, num. 8. ff. de alimen. & cibari. legat. licet Innocentius aliud senserit in c. Cum ad Monasterium, in fine de statu Monach. Nam licentia derivatur a verbo, licet, quod importat arbitrium boni viri, ut declarat ibi Bart. & idem Abb. in cap. prox. in 3. notat. num. 4. supra eod. Secundo limitat, dummodo Beneficiatus absens inserviat Ecclesiae suae per Vicarium, seu substitutum. Et hoc ultimum sublimitat, dummodo beneficium habeat unicum rectorem; quia hoc casu Ecclesia carere non debet ministro suffragio, ut in cap. Cum ex eo, de elec. in 6. & in decreto Concilii Tridentini, cap. 1. vers. Eadem omnino, sess. 23. ibi. (Ita tamen ut quocumque eos causa prius per Episcopum cognita, & probata abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum cum debita mercedis assignatione relinquat.) At secus est in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis, quia cum sint alii ministri, & servientes, qui possunt supplere vices absentis; Canonici, vel alius Praebendatus ex ju-

sta causa absens de licentia Episcopi non tenetur inservire per substitutum arg. cap. prox. supra eodem, & ita sapienter censuit Sacra Congregatio Concilii. Nisi forte Canonico ex legato, vel Capellania eidem annexa incumbere onus celebrandi Missas, quia tunc ex ipius Congregationis sententia teneretur huic oneri per substitutum inservire.

5 Ultra limitationes Abbatis, supradicta conclusio limitari potest tertio, dummodo licentia morandi in aliena diocesi concedatur Beneficiario ad tempus; Secus si in perpetuum, & textus est in c. fin. de refer. in 6. & hodie est expressum in decreto Concilii Tridentini c. 2. sess. 6. ubi praeservantur Indulgentiae temporales de non residendo, & fructibus in absentia percipiendis ex veris, & rationabilibus causis tantum concessa, & abrogantur perpetuae, & statuitur ut privilegia huiusmodi, seu indulta perpetua nulli suffragentur.

6 Secundo nota ibi, morandi causa, a contrario sensu Clericum beneficium posse ad aliam diocesim transferre, etiam sine Praelati licentia, si transeat non morandi causa, sed ad breve tempus, quia ex veterum tantum sententia qui aliquantisper tantum abfint, non videntur abesse, quia statim reverturi sunt, ut legitur in decreto Concilii Tridentini, c. 1. vers. Quoniam autem, sess. 23. Ad hoc c. Quanto 63. dist. c. Nam & ego, de verbor. signif. l. Item eorum, §. 1. ff. Quod est usque universis l. Si pro Patre, §. Versum ff. de in rem versum alibi allegatur, in glof. in c. Ad nostram, in ver. Statim ponitur, de Regular. Quod tamen est verum quoad obnites Dignitates, Canonicatus, vel Portiones in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, quibus licet singulis annis tres menses ab Ecclesia abesse ad praescriptum Concilii Tridentini in cap. 12. §. Praeterea, sess. 24. absque licentia Episcopi, vel Capituli, ut Sacra Congregatio declaravit. Item hoc est verum in Episcopis, qui abesse possunt quocumque aequa ex causa duos, vel tres menses absque licentia Papae, vel Metropolitanum, ut in d. c. 1. vers. Quoniam vero, sess. 23. At secus est in Curatis inferioribus, qui nec duos menses, imò nec per hebdomadam abesse possunt, nisi causa absentiae prius per Episcopum cognita, & probata, ut habetur in eod. c. 1. vers. Eadem omnino, & scriptis plenius in c. Relatum, n. 20. & seqq. & n. 23. & 49. supra eod.

Ultimo nota, ex sine litteris adversus beneficium absentem non posse procedi ad privationem, vel alias poenas, si rationabilem ostendat excusationem; concordat d. c. Relatum, c. Ex parte in 1 & c. Inter quatuor, supra eod.

QUAERO quae sine cauae rationabiles excusantur Clericos beneficiatos a personali residentia.

7 Glof. fin. exemplificat primò in infirmitate, doinde in capitalibus inimicitias, ac demum generaliter in alia quacumque iusta causa, & DD. ponunt exemplum in specie in intemperie aeris, in fractione pontis, & in aliis impedimentis, de quibus Hostien. in ver. excusationem, Sed tu distingue. Nam quaedam sunt beneficia, quae cura animarum non habent annexam, puta Dignitates, Canonicatus, Praebendae, & Portiones in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis, vel alia simplicia beneficia, quae ex fundatione, privilegio, statuto, vel consuetudine personalem residentiam requirunt, ut in decretis Concilii Tridentini, c. 12. §. Praeterea, sess. 24.



*sess. 24. c. 2. sess. 6. & c. 5. sess. 25.* Et de his dic ut scripli latissime in c. *Licet infra tit. prox.* Quodam vero sunt beneficia, quibus cura animarum incumbit, sunt Parochiales Ecclesie, ut in c. *Extirpanda*, & Quivero, *infra de prabm. vel Vicarie perpetue*, ut in c. *sn. supra de off. vicar.* & quia non omnes causae excusant Canonicos a personali residentia, eque excusant obtinentes beneficia curata, in quibus obligatio residentie est multo arctior, ut dixi in d. c. *Ex parte*, *il. supra eodem*, & patebit *infra n. 15.* Idcirco de his specialiter,

8 QUÆRO primò, Utrum infirmitas excuset Parochum a residentia?

9 Breviter duo casus sunt distinguendi. Primus est cum Parochus abens extra locum beneficij in morbum incidit, & hoc primo casu manifestum est eum non teneri redire ad residentiam, ac si procederetur contra eum, non fieret illi præjudicium. Casus est ad litteram in c. *Presensium*, 7. q. 1. Et ita intelligi gloss. ult. hic, dum dicit, puta quia erat infirmus, quare venire non potuit. Atque ita supponit beneficium in infirmitatem incidisse extra residentiam juxta terminos dict. can. *Presensium*, quem allegat, & hoc est clarum.

10 Secundus casus est, cum Parochus ægrotat in loco residentie, seu infra limites Parochie suæ, & tunc Sacra Congregatio Concilii declaravit infirmitatem non excusare Parochum a residentia.

11 Sed si infirmitas sit curabilis, & in loco Parochialis non sit copia Medicorum, medicinarumve; posse ab Ordinario dari dilationem trium, aut quatuor mensium Parochus ægrotat, ut curati possit in locis vicinioribus, & commodioribus; inter tamē per ipsum Ordinarium deputato idoneo Vicario ad curam dictæ Parochialis cum assignatione congruæ portiones ex ipsius Parochialis redditibus. Idem dicendum est si Parochum infirmum ex Medicorum consilio oporteret celum mutare ad breve tempus, vel ite ad balnea, ut post Cajet. & Sor. dixi in prædicta Decretali, *Ex parte*, num. 77. *supra eod.* Verum si abscederet sine

12 licentia, non excusaretur. Nam proposito dubio an sit liber a culpa, & a pena amissionis fructuum qui veluti per quatuor mensium spatium ex urgente admodum causa ad curandam valetudinem morbo gravi instante a Parochialis recessit, & ad hujusmodi absentiam non petiit licentiam ab Episcopo, quia bona fide putavit evidentiam causæ factis esse. Sac. Congregatio censuit non esse liberum nisi periculum fuisset in mora petendi licentiam.

13 Non obstat c. *Ad audientiam*, *supra eod.* & c. *animum*, de Cleric. non resid. lib. 6. ubi infirmitas iustam præbet excusationem non residendi. Quoniam illa jura loquuntur in Canonicis, qui morbo impediti non tantum habentur pro residentibus, sed etiam pro interresidentibus, & licentur sine diminutione quotidianas distributiones. Sed alia est causa obtinentium beneficia curata, & pastorum animarum, quorum residentia, ut prædixi, multo arctior, & strictior est, ut in decreto Concilii Tridentini, c. 1. *sess. 23.*

14 Hinc Sacra Congregatio censuit Canonicis semio confectis deberi in absentia quotidianas distributiones, si alias residere sint soliti, & tamen declaravit parochos non excusari a residentia propter senectutem.

15 Similiter Episcopi uti possunt opera duorum

Canonicorum pro servicio suo, & Ecclesie, c. *De cetero*, & c. *Ad audientiam*, *supra eodem*. Unde eorum ministerio uti possunt in visitatione diocesis, pro servicio Seminarii, pro cura Monasteriorum Monialium, & pro aliis muneribus, ut solus dixi ex ipsius Congregationis sententia in cap. *Licet*, num. 106. & *sess. infra tit. prox.* Et tamen consulta an liceat Episcopo pro Cathedrali Ecclesia servitio, vel suo aliquem ex curatis extra ipsorum curam ad certa negotia adhibere, constituto in illis etiam Vicario idoneo: respondit non licere. Item censuit Episcopum non posse uti opera parochi in visitatione suæ diocesis, nisi pro tempore a Concilio permisso, quo tamen idoneus Vicarius erit in parochia deputandus. Et iterum Vicario dubio, an Episcopus possit dare licentiam parochi ut non residet, ut ejus opera utatur pro Vicario foraneo, vel servicio Seminarii. Responsum est non posse. Et Episcopo Burgi S. Sepulchri declarari possitante, an cum in civitate sua pauci Sacerdotes essent, & quatuor monasteria magni Monialium numeri, possit aliquos parochos ad curam Monasteriorum adhibere, ita ut ex hac causa liceret eis ab eorum Ecclesiis abesse; & Responsum, non posse, sed faciendum verbum cum Sanctissimo, qui renuit.

16 Denum, est Canonicis ad quinquennium de licentia Episcopi abesse possint studiorum causa, & in absentia percipere fructus præbendarum suarum, ut in c. *sn. de Magistr.* & in d. c. *Licet de prabm.* tamen parochis abscedendi licentia ex hac causa jam non conceditur a locorum Ordinariis, cum parochiales Ecclesie, prævia forma examinis per concurrem magis idoneis sint conferende ad præscriptum Conc. Tridentini, c. 18. *sess. 24.* & Constitutionis p. V. quæ incipit, *In conferendo*. Licet ex dispositione Decretalis, cum ex eo, de *elect. lib. 6.* possint Episcopi dispensare cum obtinentibus Ecclesiis parochialis, ut utque ad septennium abesse possint, & interim non teneantur ad Sacerdotium promoveri.

17 Imò nec S. Congregatio ejusdem Concilii interpretes ejusmodi licentias impetiri solet, nisi admodum raro, & personarum, ac locorum qualitatibus probe peripetis. Unde cum Stanislaus Clericus Uladislavienis diocesis ex nobili genere procreatus, qui parochialem Ecclesiam in diocesi Gnesien. sitam obtinebat, petiisset ut sibi liceret per triennium in publica Universitate vacare studio sacrorum Canonum, fructusque parochialis interea percipere: Dis. 16 Junii 1605. S. Congregatio tamen non consuevit concedere ut parochi a parochialis abesse possint studiorum causa, tamen quia sacri Canones id privilegium tribuunt, & Concilium illud non revocat, sed præservat, c. 1. *sess. 5.* censuit gratiam petitam juveni optimæ spei concedendam, ut rem Christianam sacrorum Canonum scientia instructus, in illis partibus promoveret posse.

22 QUÆRO, an Parochus excusetur a residentia propter inimicitias? Respondet excusari, si inimicitia sint capitales, ita ut ad Ecclesiam redire non audeat, c. *Bona*, *il. supra de elect.* per quom textum ita tenet hic gloss. ult. Hostien. num. 5. *in ver. excusationem*, Anton. de Butr. num. 9. in gloss. alii communiter gloss. I. in c. *Ad supplicationem*, *supra de renunc.* quæ exponit verba illa textus, eod quod ibi non poterat securè morari, scilicet propter

pter capitales inimicitias. Melius probatur in c. *Pastoralis*, 7. q. 1. ubi propter inimicitias Parochus potest ab Ecclesia abscedere. Ad idem textus in Clem. Ne in agro, 5. *Ceterum*, juncta gloss. in ver. *Causa rationalis*, de statu Monach. quem ad hoc allegat Felin. in c. *Accedens*, 1. 2. vers. *Sexta cum infuso*, ut ite non contelt. *Jalim* l. 2. 5. *penult. ad fin. ff. Si quis caution.* & Ripa in *tratt. de Peste*, in tit. de *privil.*

23 *contra*, n. 136. vers. *Quinto*. Hinc Specul. *in tit. de citat.* 5. 1. vers. *Item quod sit ad locum*, dicit posse recitari locum ubi sunt inimici, vel eorum domestici, seu amici. Imò non debet quis se committere suis capitalibus inimicis, etiam cum litteris salvi conductus. Textus est in d. c. *Accedens*, ibi, & licet litteras non habeat de conductu, tamen si misse ei fuissent, non debet se credere suis capitalibus inimicis. Simile in c. *De cetero*, & c. *Quamvis*, *infra de sent. excom.* Et in hac sententiam sæpius respondit S. Congregatio Concilii, quæ in his causis consuevit dare litteras ad episcopum, ut si vera sint, & graves inimicitie, quæ narrantur, & absque Parochi culpa, & ætquam ecclesiam obtinuit, extoret; super quibus episcopi conscientia onerata, dilationem ei det ut in alio tutiori, ac viciniore loco manere possit, durantibus dumtaxat inimicitias, dum tamen non ultra sex menses duret. Interdum autem Vicarium idoneum in illa ecclesia constituat episcopus, assignata ei congrua portione ex redditibus ecclesie, & partes etiam suas interponat, & omnem diligentiam adhibeat, ut turo possit residere Parochus. Quod si intra sex menses necdum sedata sint inimicitie, rescribit episcopo, ut det illi sex mensium prorogationem, repetitis omnibus, quæ in prioribus litteris continebantur, & sine spe ulterioris prorogationis, quæ rarissime conceditur: nam cum indulta perpetua de non residendo, etiam ex iustis, & rationabilibus causis jam sublata fuerint Decreto, c. 2. *sess. 6.* ubi inimicitia sunt verumiliter duratura, ut consulatur curæ animarum, inducendus est Parochus ad resignandum, vel permutandum, arg. c. *Ad supplicationem*, de *renunc.* Et ita Parochus puniatur sine culpa, sed non sine causa, ut notat gloss. in c. *Tua nos*, *in ver. Administrations*, de *Cler. ægrot.* ad exemplum Parochi Leprosi, qui ab administrationis officio removeret, sed de bonis ecclesie sustententur, ut in præd. decret. *Tua nos*. Simile in c. *Quamvis frequenter*, 5. *Quod forsitan*, *in fine*, *supra*, ut ite non contelt.

24 Quæ autem sint graves, & gravissimæ inimicitie, notat Bald. in l. 3. *sn. ff. adimen. legat.* Et quæ sint inimicitie capitales, vide in l. *Cum autem*, 5. *Exceptur*, *ff. de ad. edic. in l. Editio*, *ff. de verb. signif.* in l. 2. *ff. de public. indic.* & in l. *Capitulum*, 5. *Si opus*, *ff. de pena*, notatur in c. *Per tuas*, *infra de Simonia*.

25 Porro, ob solum odium Parochianorum Sac. Congregatio censuit Parochum a residentia non excusari.

26 QUÆRO, an si super beneficio excusetur Parochum a residentia. Respondet excusari, Casus est in c. *Ex parte*, 2. ibi: *Si te non abscondendo*

27 fraudem præsertire tue juræ fideliter prosequeris, cum per hoc censeri debeat residens, & ibi omnes notant, *supra eod.*

28 Hinc cum Antonius Luitus Diocesis Fasilan. obtinere Ecclesiam S. Donati Parochialem, super qua post habitam possessionem sibi in mora fuerat, dubitasset an teneretur hie hujusmodi duratur

te, suscipere sacros Ordines: S. Congregatio censuit non teneri, si vera est lis, suscipere sacros Ordines. Et licet Cassal. *de res. 9. de caus. possess.* & *propr.* dixerit hoc intelligendum quando lis mota fuit intra duos menses: tamen Patres dixerunt nihil exprimentum de illis duobus mensibus, sed simpliciter non teneri, si vera est lis, ad suscipiendum Ordines, cum nec residere teneatur. Et ex stylo in his casibus dari solet dilatio paucorum aliquot mensium ad item prosequendum. Idemq; observari contuevit in causis criminalibus, Et in specie Archiepiscopus Ripæ criminaliter inquisitus, & condemnatus ab Ordinario, Romam profectus, & obtenta causæ commissione fuit citatus ab Ordinario ad residendum cum studium sequestratione. Et cum propterea adisset S. Congregationem pro remedio, dictum est viandam prius commissionem causæ, quæ si vera fuerit, scribendum ad episcopum ut tollat sequestrationem, & finat eum abesse per quatuor menses ex hac causa. Ad hoc c. *Super causa*, & ibi gloss. *sn.* & DD. 2. q. 4.

29 QUÆRO, an Parochus a residentia excusetur ob aeris intemperiem.

30 Doctores hic super ver. *Excusationem*, communiter tenent intemperiem aeris præbere iustam excusationem clerico non residendi, per textum in c. *Quorundam*, 7. q. 4. *supra*, & accipiunt intemperiem pro aëris corruptione, ut per Host. num. 5. & idem notat glossam in cap. *Ad supplicationem*, *in ver. Securi morari*, de *renunc.* Et quavis expresse non loquantur de Parochis, sed de obtinentibus beneficia personale residentiam requirentia juxta textum hic: tamen innocentiis querens in quibus beneficiis habeat locum hæc Decretalis, & totus hic titulus concludit habere locum in beneficiis Curatis, & in beneficiis simplicibus, quæ residentiam requirunt ex privilegio, statuto, consuetudine, vel quocunque alio modo. Et cum eo transeunt Host. Jo. Andr. Butr. Card. Abb. & reliqui omnes.

31 Ceterum quidquid sit in obtinentibus beneficia, quibus cura animarum non incumbit, de quibus dic ut scripsi in c. *Licet*, num. 36. *infra tit. prox.* certe Parochos a residentia non excusat aeris intemperies, ut sæpius S. Congregatio declaravit. Nec mirum, quia nec pestis formalis eos excusat, ut patebit in questione sequenti.

32 QUÆRO, an Parochi tempore pestis reneantur residere in suis Parochialibus, & sacramenta per seipsos ministrare Parochianis suis eo morbo infectis.

33 Anvè sidnon faciant, possint statim privari non expectato tempore a veteribus Canonicis præxiis, qui a suis ecclesiis abunt.

34 Instante sanctæ mem. Cardinali Borromæo Archiepiscopo Mediolanensi proposita fuerunt in Sac. Congregatione Concilii supra scripta dubia, Et die 11. Octobris anni 1576. Sac. Congregatio censuit Parochos tempore pestis teneri in Parochialibus residere ex sententia Ripæ in *tratt. de Peste*, *de privileg. contracl.* vers. *Quinto*, num. 147. & n. 150. Item ex sententia S. Thomæ in 2. 2. q. 26. art. 5. *in fine*, & Navarr. in *Manual.* c. 24. num. 10. & c. 2. num. 20. teneri eodem tempore Parochianis suis peste laborantibus ministrare dumtaxat duo sacramenta ad salutem necessariam, nempe Baptisimum, & Pœnitentiam, seu confessionem. Possent autem ea ministrare, vel per se, vel per alium.



Sed quod attinet ad illud verbum, *alium*, quia Concilium obligat ad per se, faciendum verbum cum Sanctissimo.

Die 12. Octobris Sanctissimus audita sententia Congregationis, eam approbavit, etiam in eo ut pollet per alium, dummodo idoneum, et praecipue ratione, ut Parochus pollet audire confessiones sanorum, quia alius eum reformidaret, si viderent ipsum accedere ad pestilentes, & nolent ei confiteri, veriti contagionem; utque etiam ipse Parochus officio hortandi, praedicandi, consolandi suos omnes Parochianos uberius, & plenius fungi possit. Cumque postea fuisset reperta decisio Archiepiscopi Florentini 3. p. tit. 22. c. 12 §. 3. *hujus verbi*; Eos quibus cura animarum imminet de necessitate salutis suae oportet per se, vel per alium idoneum Sacramenta ministrare, quantumcumque infectis pelte, & dubitari pollet quid agendum, cum hic Sanctus simpliciter Sacramenta dicat, nec se relinquit ad duo. Res tota ad Sanctissimum delata est.

Die 26. Octobris 1576. referentibus Cardinalibus Ale. & Senonen. dictum Archiepiscopi Florentini non haberi pro decisione necessaria, quia non Doctor, non iudex, non alia auctoritate sufficientis. Sanctitas sua inclinavit in eam sententiam, ut littera scribenda in distincte dicat Sacramenta, & decretum hunc esse concipiendum, teneri omnino ministrare Baptismum, & Penitentiam. Et loco dictionis *dumtaxat*, apponendam dictionem *omnino*. An sit facienda, & edenda Constitutio, amplius deliberandum, & audiendas rationes fratris Monis Alami, qui dicit se dissentire, & dubium mittendum ad Patrem Toletum, & alios duos, vel tres Theologos, qui suam sententiam dicant. Et discutendum etiam, an Parochi quatenus teneantur, si id non faciunt, debeant statim expectato se meliori privati.

S. Congregatio die 6. Decembris 1576. censuit communem sententiam (excepto tantum Senonen. qui dixit monendos, & servandum consuetudinem) per sistendum in Decretis, ut scilicet teneantur residere, itemque Sacramenta Baptismi, & Confessionis omnino ministrare per se, vel alium idoneum, hoc ramentum non per legem generalem statuendum, sed per litteras Congregationis, ut tolet, significandum Cardinali, & addendum contentum; Parochos non ideo statim privandos esse, sed praemisso edicto, seu monitione, contra eos procedendum, prout Concilium mandat *sess. 23. c. 1.* nempe prius per censuras, secundo per sequestrationem, & subtractionem fructuum; deinde si haec remedia non proficiunt, posse per privationem. Sed agendum prius bonis verbis, & piis

42 cohortationibus, & admonitionibus. Amplius, quia Theologi aliqui dissentiant, Tabiena, Armilla, & Canonice etiam in cap. *fin. de Cler. non resid.* & Barb. *can. 87. c. 2.* dum dicunt, si Parochi excusantur propter inimicitias capitales, etiam excusari debent propter pestem; & quia sani fugerent Parochos, & quia Parochi omnes morerentur: Ideo censuram omnes ab Archiepiscopo Cardinali temperamentum aliquod adhibendum ex sua prudentia, vel ut non omnes Parochos cogeret, sed aliquos pariendo opus, vel deputaret aliquos Sacerdotes etiam non Parochos, voluntarios tamen, etiam mercede constituta, qui Sacramenta praestent pro gratis, prout alias Ro-

44 ma dicitur factum, & prout Cardinalis Senonen. testatus est inolevisse laudabilem consuetudinem ut Principes, Magistratus, & Civitates providerent de ministris Sacramentorum ex Clero, etiam conducendo eos mercede exactis, & ita in litteris quae scribentur, addendum: tamen prius cum Sanctiss. agendum.

45 Die 10. Septembris 1576. facta Sanctissimo relatione in Consistorio, Sanctitas sua decrevit scribendas simpliciter litteras ad Cardinalem S. Praedixis, quibus significetur, dubio in Congregatione proposito, & ad Sanctissimum relato, Sanctitatem suam decrevisse, Parochos, tempore pestis teneri omnino residere in suis Ecclesiis Parochialibus, posse tamen per alium idoneum ministrare Parochianos suis peste infectis Sacramenta Baptismi, & Penitentiae, & si non residerent, contra eos procedendum esse servata forma, *cap. 1. sess. 23. in fine.*

Die 23. Decembris 1576. S. Congregatio censuit scribendas litteras in hanc formam: Parochi tempore pestis teneantur omnino residere in suis Ecclesiis Parochialibus; & si non resideant, agendum contra eos ex decreto Concilii, *cap. 1. sess. 23.* Et servata forma ibidem praescripta. Ministrant vero Parochianos peste infectis Sacramenta Baptismi, & Penitentiae per alios. Et licet Ale. diceret quod ex ultimis verbis videtur prohiberi Parochis ne per se ipsos hanc duo Sacramenta etiam volentes ministrant: tamen tota Congregatio dixit hanc fuisse mentem Sanctissimi in prohibendo hanc Parochis ad commodum Parochianorum, qui sani essent; hi enim verimiliter nolent conversari cum Parochis euntibus ad infectos peste. Hae de Parochis, & Curatis inferioribus.

46 Quo vero ad Episcopos, dubium ortum est nonnullis Praelatis Ecclesiis, quod sit proprium Episcopi officium tempore pestis, an scilicet ad residentiam continuam, & an ipse Curatis Ecclesiastica Sacramenta ministrare teneatur, vel potius hoc tempore ab Ecclesia sua abesse possit, ut se pro bono subditorum suorum incolumem servet. Et auctoriori conscientia ad aliquam suam dicitur partem, in qua forsitan Epidemia non vigeat, se conferre possit, relicta civitate, & parte infecta, licet eius praesentia summopere indigeat. Sanctissimus die 18. Decembris 1576. dixit decretum factum in Parochis, multo magis debere procedere in Episcopis, qui magis obligati sunt, tamen posse Episcopos in locis tutioribus manere, & inde providere, sed nunc id non esse opus discutere ulterius, aut dissimulare.

48 Superest pro complemento materiae, ut investigemus cur Parochi excusentur a residentia propter inimicitias; & tamen non excusentur propter pestem: videbantur enim hi duo casus a pari procedere, cum utrobique subsit aequale periculum mortis. Unde in c. *Ad supplicacionem, de renunc. absolviit* ad viaculo Ecclesiae Archiepiscopus Ravennatis. eo quod ibi non poterat securi morari, & si accessum habere ad illam, mortis sibi periculum immineret. Et glossa exponens verba illa, non poterat securi morari, ut forsitan inquit, propter intemperiem aeris, vel quia habebat capitales inimicos. Similiter in Clem. in *l. in agro, §. Caterium, de statu Monachor.* statuitur ut priores tam Conventua-

tales, quam curam animarum habentes teneantur in suis Prioratibus, seu admilitrationibus, residere nisi studiorum, vel alia causa rationabili ad tempus forte ab huiusmodi residentia excusentur. Et glossa exponit causam rationabilem, id est propter infirmitatem, aeris intemperiem, capitales inimicitias, vel similia. Atque ita glossa praelegata, & DD. hic aequiparant casum inimicitiarum, & corruptionis aeris, seu pestis. Unde licere beneficiato a residentia abscedere propter pestem, sicut propter inimicitias opinati sunt multi ex Theologis, & plerique ex Canonistis superius relatis, *n. 35. c. 42. & ultra eos Holl. in summa hoc tit. §. fin.*

50 Solutio patet ex verbis text. in c. *Adversus, §. Hoc tunc servandum, 7. q. 1.* videlicet, (Cum Pastor specialiter queritur, fugiat exemplo Christi, qui ad facie Herodis fugit in Aegyptum, fugiat exemplo Pauli, qui a fratribus per murum submissus est in spora. Unde August. ait: iugit minister Christi, sicut ipse Christus in Aegyptum; fugiat & qui specialiter queritur, dum per alios firma est Ecclesiae salus. Hinc etiam ait Dominus discipulis: si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. Hinc etiam idem abscondit se, & exivit de templo, quando Iudaei lapides tulerunt, ut jacerent in eum. Cum vero non Praetor tantum, sed generaliter periculum omnibus imminet, & animarum salus salva esse non potest: debet Praetor animam suam ponere pro ovibus suis.) Hae ibi. Et hanc distinctionem in materia inimicitiarum, & persecutionis extrinsecae ponunt Innoc. Hoff. Jo. Andr. Burr. Card. & omnes in c. *Nisi cum pridem §. Propter matrimonium supra de renunc. & S. Thomas in 2. 2. q. 18. §. art. 5.*

51 Solutio patet ex verbis text. in c. *Adversus, §. Hoc tunc servandum, 7. q. 1.* videlicet, (Cum Pastor specialiter queritur, fugiat exemplo Christi, qui ad facie Herodis fugit in Aegyptum, fugiat exemplo Pauli, qui a fratribus per murum submissus est in spora. Unde August. ait: iugit minister Christi, sicut ipse Christus in Aegyptum; fugiat & qui specialiter queritur, dum per alios firma est Ecclesiae salus. Hinc etiam ait Dominus discipulis: si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. Hinc etiam idem abscondit se, & exivit de templo, quando Iudaei lapides tulerunt, ut jacerent in eum. Cum vero non Praetor tantum, sed generaliter periculum omnibus imminet, & animarum salus salva esse non potest: debet Praetor animam suam ponere pro ovibus suis.) Hae ibi. Et hanc distinctionem in materia inimicitiarum, & persecutionis extrinsecae ponunt Innoc. Hoff. Jo. Andr. Burr. Card. & omnes in c. *Nisi cum pridem §. Propter matrimonium supra de renunc. & S. Thomas in 2. 2. q. 18. §. art. 5.*

52 Itaque propterea Parochus potest fugere a persecutoribus, & inimicis, quia non deest alia periculo immunes, per quos animarum salus salva esse possit. At non potest fugere a loco pestifero, quia cum periculum omnibus sit commune, nec sunt alii qui tuto possint gregi assistere; non illi, ad quos non pertinet de ovibus, sed Pastor ipse pro ovibus suis debet animam suam ponere, *cap. Tres personae, 23. q. 4.* id est mortem subire, ut sentit D. Thomas loco citato, quem ita explicat Soc. *lib. 10. de iust. & iur. q. 3. art. 4.* Sicut verus, & optimus Pastor illam posuit, & factus est obediens usque ad mortem, §. *Ecce 2. q. 7.* & ita exemplum dedit Sacerdotibus suis, ut quemadmodum ipse fecit, ita & ipsi facerent, c. *Significasti, supra de elec.*

DE PRAEBENDIS, & Dignitatibus. Cap. Non liceat.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus Clericum ordinans sine titulo, ei in necessario providere tenetur, & non, 3.
2 Allegatio generalis admittitur.
3 Clericos non debere sine titulo ordinari quibus ex causis constitutum fuerit, & n. 9.
4 Alimonia quid importent.
5 Episcopus promovens aliquem sine titulo ad minores Ordines an teneatur civit & necessaria ministrare, & n. seq. q. 3. in fin.

6 Clericorum appellatione veniunt etiam constituti in minoribus Ordinibus.

7 Intellectus cap. Neminem, 70. dist. & n. 12.

8 Intellectus c. Cum secundum infra eod. & n. 11.

10 Ordinum minorum suavitatis exercitibus stipendia assignari debent ex redditibus beneficiorum, vel fabrica Ecclesiae, & n. 14.

13 Clerici minorum Ordinum cur Episcopum non cogatur titulum assignare, sicut constituti in sacris.

NON LICEAT. Episcopus Clericum ordinans sine titulo, ei in necessariis providere tenetur. Hoc dicit. Breve est, & ideo non dividitur.

Nota primo, supra scriptorem pro generali allegatione: nam satis est dicere hoc habetur in corpore Canonum, vel in corpore juris civilis secundum Anton. de Butr. n. 2. & Jo. de Imol. n. 1.

Secundo nota, nulli Episcopo licere quemquam ordinare sine titulo, Quod multiplicem habet rationem, secundum Titum Cremonensem in *sententia n. 1. vers. Responsio ad articulum 70. dist.* Prima ratio deducitur ex c. *Cum securam ad spoliandum, inf. eod.* Iudicium enim est ut qui obligantur ad intervendum altari, seu Ecclesiae, ex proventibus Ecclesiae aluntur, dicente Apostolo 1. ad Corinthi 9. *Qui in sacramento operantur, qui de sacrificio sine edunt, & qui altari deserviunt, eum altari participant.* Sed Clerici in sua ordinatione obligantur ad intervendum Ecclesiae, c. *Cleros, 21. dist. c. Duo sunt genera, 12. q. 1. c. 1. & hodie est expressum in Decreto Conc. Trid. c. 16. sess. 23.* Ergo convenienter esset in ordinatione assignatur titulus, ex quo vice necessaria percipiant. Et confirmatur, quia Clericus in ordinatione sua recipit officium in Ecclesia, d. *cap. 1. 1. 1. sunt, & c. Perlecto, 25. dist.* Ergo rationabiliter assignandum est ei beneficium in Ecclesia *cap. Dilectus, 1. c. 2. inf. eod. & c. Proposuit, supra de sine rebus, de rescripti, lib. 6.* Ideoque privatus officio, & beneficio privatus intelligitur, cum sit esse sequela, c. *Eos, & c. Si quis Sacerdotum, 8. dist. & cap. 27. art. huius, 32. dist. glossa in d. c. fin. in ver. Datur.* Unae cum officium, & beneficium sint connexa, uno collato sine reliquo, esset dividere unitatem, & indivisibilem, quod esse non debet, ut formaliter inquit Petr. de Anchar. in 1. notab. Praefata rationabiliter hoc statutum est ne alias clerici cum dedecore Ordinis clericali mendicare cogantur, c. *Diaconi sunt, 93. dist. & probatur in c. Consulasti supra de rescripti.* Ad haec conveniens fuit hic statui, ut ordinatus ligetur ex titulo, ne incertis vagetur sedibus, & locum deserat in consilio Episcopo, c. *Non oportet, & c. Si quis vero, 7. q. 1. & patet ex d. c. 16. sess. 23. Conc. Trid.* Quibus consequitur alia ratio secundum Abbatem hinc in 2. notab. videlicet ne numerus Clericorum nimium excreceret; nam turba facit eos contemptibiles, ut c. *Legimus, vers. Diaconos, 93. dist. & propterea Conc. Trid. ubi supra in haerendo vestigiis c. Canon, Conc. Calcedonen. decrevit, ut nullus in posterum ordinetur qui illi Ecclesiae, aut pio loco, pro cuius necessitate, vel utilitate assumitur, non adscribatur. Ac demum secundum Petr. de Anchar. n. 1. non debet quis ordinari sine titulo, sicut nec fundari Ecclesia sine dote, c. *Nemo de consuet. dist. 1.* Spiritualia enim sine temporalibus diu esse non possunt, c. *Si quis obsecraverit, 1. q. 3.**



Tertio nota, penam Episcopi ordinantis Clericum sine certo titulo: nam tenetur ei vice necessaria ministrare, donec beneficium ecclesiasticum in consequatur, de quo dic, ut scripsi latissime in d. c. Cum secundum Apostolum.

4 Ultimo nota, verbum illud *alimonia*, quod importat vitam necessariam, ut colligitur hic in fine, & concordant c. Anrum, & c. Ita. hujus c. Ecclesiarum servor, & c. Inter cetera, & c. Necare, ff. de liber. agnos. Quae autem dicantur vitam necessaria, & quid veniat illorum appellatione, dixi in c. Episcopus, in 2. notab. infra eod.

5 QUARTO, An Episcopus promovens aliquem sine titulo ad minores Ordines teneatur ei vitam necessariam ministrare.

Doctores non conveniunt, gloss. 1. & Innoc. hinc in princ. tenent etiam Clericis in minoribus Ordinibus constitutis debere ordinatorem providere, arg. c. De in. 2. d. ff. & c. Proposuit, supra de filii Presbyteri, & sequitur ad bas. num. 2. ubi concludit Episcopum a principio servare debere quod hic statuitur in omnibus Ordinibus. Idem tenet Hugo, & Gloss. 1. in c. Neminem, 7. d. ff. dicens etiam in minoribus Ordinibus non debere quem sine titulo ordinari, arg. c. Pudentes, 1. 2. q. 1. & c. si qui vero, 3. 2. d. ff. gloss. 1. in c. Episcopus, infra eod. Turcrem, in d. cap. Neminem, num. 2. ver. Respondit sub duabus conclusionibus & eodem firmat in c. Cum secundum Apostolum, infra eod. Host. num. 1. in ver. Ordinat, & Joan. Andr. num. 3. in eod. ver. & ex Reconciliatoribus Navar. consil. 14. num. 1. de tempor. ordinat.

6 Pro hac opinione inducitur primo haec Decretalis, quae dicit, Non liceat ulli Episcopo Clericos ordinare, & nullis ei alimonia prestare. Et sic loquitur de Clericis generaliter, & indefinite. Clericorum autem appellatione praesertim materia favorabili, qualis est haec, veniunt etiam constituti in minoribus Ordinibus, ut patet in c. Cleros, 1. 2. d. ff. & in c. Duo sunt, 1. 2. q. 1. & expressius in Authen. de sanctis, Episc. Presbyteros, quae est canonizata in cap. De persona, 1. 1. q. 1. Notatur in c. Cum non hab. hujus, de iudic. & in c. 2. de foro compet. & in proposito notant hic gloss. Host. Jo. Andr. & Abb. loc. cit. & Decius post eos, n. 17. & ita ex hoc textu colligunt Doctores, & in specie Ant. de Butr. n. 4. Nota, inquit, argum. quod obligatio, quae surgit contra Episcopum ordinantem aliquem sine titulo, habet locum in quocunque Ordine promoveat Clericos. Et sequitur rotidem verbis Imol. num. 1. in 2. notab. & Anchar. n. 3.

7 Secundo, Ad idem inducitur c. Sanctorum, 70. d. ff. ubi generaliter decernitur, ut sine titulo facta ordinatio irrita habeatur: sub nomine autem ordinatiois dubitandum non est quin etiam minores Ordines comprehendantur, c. Acolythis cum tribus, seqq. 2. 3. d. ff. & cap. 3. supra de tempor. ordinat. Conc. Trid. de Sacram. Ordin. sess. 23. cap. 2. & can. 2. & 3. & ita illum text. ponderat Hugo in c. Neminem, eadem d. ff. dicens, Ego credo quod generaliter intelligatur de Ordine quolibet; nam generaliter, & indefinite prohibetur in seq. cap. Ut referret ibi Turcrem, n. 2. ver. Hoc idem dicit Hugo.

Tertio, pro eadem opinione videtur textus apertus in d. c. Neminem, 70. d. ff. ubi Conc. Calcedonense decrevit neminem absoluit, (id est sine titulo, ut exponit gloss. & Archid.) ordinari Presbyterium, vel Diaconum, vel quemlibet in Ecclesiastica Ordinatione constitutum. Hac e-

nim posteriora verba tanquam universalia non videntur posse restringi ad solos Subdiaconos absque eo quod vis infirmitatis, arg. cap. Saletia, ver. Quodcumque higerer, supra de majorit. & obedient. Nec refragatur quod dictum cap. Neminem, & cap. Sanctorum, fuerint correctae per cap. Cum secundum, infra eod. quoniam hoc verum est quoad penam ordinati sine titulo, non autem quoad prohibitionem ordinationis, arg. l. Praecipuum in fin. c. de appellat. & l. Sancimus, c. de testamentis. Expediit enim iura iuribus concordare, c. Cum expediat, de elec. lib. 6.

8 Quarto, pro hac parte ponderandus est textus in d. c. Cum secundum Apostolum, inducendo eum dupliciter. Et primo ille textus in priori parte loquitur de Clericis in sortem, seu hereditatem Domini assumptis. Hi autem proprie dicuntur non tantum in sacris, sed etiam in minoribus Ordinibus constituti, ut probat text. in cap. Cleros, 2. 1. d. ff. & in cap. Duo sunt, 1. 2. q. 1. Et de his ponit decisionem in genere, videlicet, ut ordinati sine titulo vitam necessariam ministrarent per Ordinatos, vel successores eorum. Ergo habitandum non est quin huic penae subiciantur etiam Episcopi, qui ad minores Ordines promovent titulum non habentes. Nec refert quod in ver. Iudic. postmodum textus agat in specie de quodam Subdiacono; quoniam id fecit, quia in facto sic contigit; sed per hoc non videtur restringi generalitatem decisionis praecedentis: nam genus non restringitur ad id, quod per speciem specialiter providetur, cap. Denique, 4. d. ff. cum concordantibus, de quibus per Petr. Brixium, in Receptor. an ver. Genus. Deinde text. in dict. cap. Cum secundum Apostolum, commemorat penam antiquorum Canonum, videlicet cap. Neminem, & cap. Sanctorum, 70. d. ff. secundum quam ordinati sine titulo erant suspensi ab Ordinum executione, ut dixi in d. cap. Cum secundum, in 5. notab. num. 1. & illam penam abrogat, & ejus loco aliam imponit, videlicet ut Ordinatos, & successores eorum teneantur sic ordinatis in necessariis providere. Sed poena antiquorum Canonum habebat locum etiam in promotis ad minores Ordines, ut dictum est supra in tertio, & quarto argumento. Ergo eodem modo in promotis ad minores habet locum poena Ordinatoris, quae in locum poenae sufficit est, argum. cap. Isequitur jus, de reg. jur. lib. 6. & l. 1. quae ius, eod. l. Si index, & l. Mortuo, ff. de iudic. cum suis concordantibus.

9 Quinto, pro eadem opinione multum urget praecipua ratio, quam sacri Canones praeculis habuerunt dum insisterunt neminem debere sine certo titulo ordinari, videlicet ne Clerici cogere tur mendicare in opprobrium Ordinis Clericalis: nam & legitur in cap. Diaconi sunt, 93. d. ff. Mendicat infelix Clericus in plateis; & civili operi mancipatus publicam a quolibet deposcit alimonia. Et in hac ratione paupertatis Clericorum fundari hanc provisionem declarat textus expressus in cap. Postulasti, supra de rescripti, qui est gloss. cap. Cum secundum Apostolum, infra eod. ut dicit ibi Hostien. num. 17. in ver. Ecclesiasticum, Hujusmodi autem ratio, licet & alia, quarum superius meminimus in 1. notab. vigent etiam in Clericis inferiorum graduum: ergo in illis quoque ad hoc, idem jus servari debet, vulgatis iuribus.

Ulti-

10 Ultimo, his accedit quod cuilibet Ordini suo peculiare officium in Ecclesia est assignatum, cap. Acolythis, cum tribus, cap. seqq. 2. 3. d. ff. & cap. Verle- dit, 2. 5. d. ff. Cuilibet autem in Ecclesia laboranti debetur stipendium, ut cap. Charitatem, 1. 2. q. 2. Et propterea Conc. Trid. in c. 17. sess. 23. praecipit Episcopis, ut functiones Minorum Ordinum pluribus in locis, aliquando intermissas carent restituendas, & ex aliqua parte redituum aliquorum simplicium beneficiorum, vel fabricae Ecclesiae stipendia assignent eas functiones exercitibus.

Contrariam sententiam amplectuntur hic Host. & Jo. Andr. ambo n. 3. Butr. n. 6. dicens hoc tenere Doctores, Card. n. 1. in 2. opposit. Anchar. n. 3. & Imol. n. 4. ubi ait, hoc communiter tenetur, ut Episcopus non sit compellendus ad praestandum alimenta Clericis promotis sine titulo, nisi quando sunt promoti ad sacros, seu ad aliquem factorum Ordinum. Idem firmant in d. c. Cum secundum, infra eod. Butr. n. 4. & Card. n. 5. in 1. notab.

Et pro hac opinione facit primo, quod est hic Decretalis loquatur de Clericis indefinite, tamen text. in c. Episcopus, infra eod. adstringens Ordinatorem ad praestanda alimenta ordinato ritulum non habenti, quasi hanc declarando, restringit se ad Clericos in sacris Ordinibus constitutos, ut patet ibi, in Diaconum, vel Presbyterum ordinaverit, & eodem modo text. in d. c. Cum secundum Apostolum, quamvis in principio loquatur de Clericis in sorte Domini assumptis, tamen postea in ver. Inde est, agit de Subdiacono, quem sine titulo ordinavit Episcopus Zamorensis, quasi sentiat decisionem praecedentem non habere locum, nisi in promotis ad sacros, ut ibi advertit Card. loc. cit.

Unde si hoc c. fuerit correctum, siue declaratum per posteriores Canones, libere poena Ordinatoris sine titulo non afficit nisi promoventem ad sacros Ordines. Et hoc intendit Host. hinc n. 3. qui exponit verbum, Clericos, id est in Subdiaconatu, ut supra constitutos, & apertius Anton. de Butr. in d. c. Cum secundum, n. 4. dicens: (Nota hodie promoventem quem ad sacros sine titulo tenet ad ministranda necessaria ordinato, donec sibi sit provisum de beneficio;) & nota quod ista iura habent locum in ordinato ad sacros. Et eodem modo responderi potest ad iura antiqua, nempe ad c. Neminem, & c. Sanctorum, 70. d. ff. nam illorum generalitas, utcumque sit apta comprehendere etiam Clericos minorum Ordinum, tamen restringitur, seu declaratur per Canones posteriores de Ordinibus sacris specialiter loquentes, arg. c. Generi, de reg. jur. lib. 6. & l. in toto, ff. eod. cum simi.

12 Deinde facit pro hac parte, quia multum inter- est inter Clericos in minoribus, & in sacris Ordinibus constitutos, nam illis licitum est retrocedere ab habitu clericali, ut c. Cum ex eo, circa fin. de elec. lib. 6. & propterea secundum Abb. hinc num. 6. Ecclesia non tantum eis subvenit, quantum constitutis in sacris. Et hanc rationem considerat Hostien. eod. num. 3. cui ceteri subscrivere, ait eum: (Et ratio quare Clericis inferiorum Ordinum non cogitur Episcopos assignare titulum, quia adhuc non sunt in Ecclesia radicati, in imo quotidie avelluntur, ut notatur in c. 1. & c. Ioannes, supra de Clericis, in conjug. & ideo cum tales beneficiarii sunt in Ecclesia, magis videtur inde Ecclesia confundi, & sperni, arg. l. Investigares, l. re-

13 Deinde facit pro hac parte, quia multum inter- est inter Clericos in minoribus, & in sacris Ordinibus constitutos, nam illis licitum est retrocedere ab habitu clericali, ut c. Cum ex eo, circa fin. de elec. lib. 6. & propterea secundum Abb. hinc num. 6. Ecclesia non tantum eis subvenit, quantum constitutis in sacris. Et hanc rationem considerat Hostien. eod. num. 3. cui ceteri subscrivere, ait eum: (Et ratio quare Clericis inferiorum Ordinum non cogitur Episcopos assignare titulum, quia adhuc non sunt in Ecclesia radicati, in imo quotidie avelluntur, ut notatur in c. 1. & c. Ioannes, supra de Clericis, in conjug. & ideo cum tales beneficiarii sunt in Ecclesia, magis videtur inde Ecclesia confundi, & sperni, arg. l. Investigares, l. re-

pon. ff. de Arbiv. c. Praterea, 51. d. ff. & c. unico, supra de obligat. ad ratiocin.) Haec ille. Et ex hoc patet etiam responso ad quintum argumentum contrarium, nam ratio mendicitatis, & alia ibi considerata multo magis vigent in promotis ad Ordines sacros, quam ad minores: & propterea text. in d. c. Diaconi sunt, 93. d. ff. post illa verba: Mendicat infelix Clericus, &c. statim subiungit: (Et quidem ex eo despicitur cunctis Sacerdotale officium, cum misericordia desolatus iuste paratur ad hanc ignominiam devenisse.) Et sic ille Canon loquitur de Sacerdotibus, prout etiam loquitur c. Legimus, qui immediate subsequitur, ibi, (Diaconos paucitas honorabiles, Presbyteros turba contemptibiles facit.

14 Ad ultimum responderetur ex eo quod Clerici cuiuscunque Ordinis habeant suum peculiare officium in Ecclesia, hoc tantum inferri, ut subsidium sit eis assignandum pro obsequio, quod impediunt, ne cogantur militare proprio stipendio, ut in d. cap. Charitatem, & c. Quicunque, 1. 2. q. 1. Sed hinc non sequitur, ut in ipsa ordinatione sit eis assignandus titulus, ad eum Ordinator alias teneatur de suo providere, ut clare colligitur ex Decreto Conc. Trid. d. cap. 17. sess. 23. ubi exercetibus functiones minorum Ordinum subicit assignari aliqua portio ex redditibus beneficiorum simplicium, vel fabricae Ecclesiae. Ex quibus patet hanc posteriorem sententiam esse non tantum communem, sed etiam de iure veteri, quae etiam servatur de consuetudine: nam Ecclesia Romana non consuevit cogere Ordinatorem ad providendum ordinatis sine titulo nisi constitutis in sacris, aliis vero in minoribus constitutis ita demum si Ecclesiae intersiant; & aliunde non habeant, unde sustententur, ut testatur Authores utriusque sententiae supracitatae, n. 5. & n. 10. ver. Contrariam sententiam.

Hodie cessat difficultas ex Decreto Conc. Trid. d. c. 17. sess. 21. ubi quamvis praemittitur ratio illa generalis ad quoscunque Clericos, videlicet cum non deceat eos, qui divino ministerio adscripti sunt, cum Ordinis dedecore mendicare, aut fordium aliquem quantum exercere, tamen decisio restringitur ad Clericos factorum Ordinum, & statuitur, ne quis deinceps Clericus secularis ad sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitime constet eum beneficium Ecclesiasticum sufficiens pacifice possidere. Et quoad hos immoventur poena antiquorum Canonum. Quod & Navarrus observat in praedictis consil. 14. de tempor. ordinat. & de intellectu hujus Decreti. Vide quod scripsi in c. Episcopus, num. 2. 5. & seqq. infra eod.

DE PRÆBENDIS, & Dignitatibus.

Cap. Episcopus.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus qui ordinavit aliquem ad sacros Ordines sine titulo, non habentem de suo iudic vivat, ei de proprio providere tenetur, donec aliquem ritulum fuerit consecutus.
2 Licet talis iam esset in sacro Ordine constitutus.
3 Insuetudinem hujus Capituli.

A. Dispen-



- 4 Diffensare non potest Episcopus cum ordinato sine titulo ad aliquem ex sacris Ordinibus, ut sine novo titulo ad altiores Ordines ascendat, & resistitur contraria opinio Bernardi.
- 5 Ordinatus ad sacros Ordines sine titulo à pluribus Episcopis potest quemlibet in solidum convenire super alimentis.
- 6 Is tamen, qui non ordinavit, non tenetur ex sacro Ordinatoris.
- 7 Ordinatus ad sacros sine titulo beneficii, vel patrimonii Ordinator tenetur vita necessaria ministrare.
- 8 Alimenta quid comprehendant.
- 9 Et qua ratione taxari debent.
- 10 Beneficium sufficiens quod d. catur.
- 11 Quis in ordinato ad sacros Ordines sine titulo.
- 12 Et quid in Rectore Parochialis Ecclesia.
- 13 Et quid in eo, qui ratione nobilitatis, vel scientiæ pluribus indiget beneficiis.  
Nobiles, & doctus pinguora beneficia consequi debet quam ignobiles & idiotæ, ibid. m.
- 14 Papa cum scribit pro aliquo beneficiando in pluribus Ecclesiis, consideranda qualitate personæ, qua sint consideranda in beneficii assignatione.
- 15 Subsistunt vita, & necessaria vita, idem important. Legatum sine potestate factum puella pro subdito videtur intelligitur factum pro alimentis, ibid.
- 16 Ordinatus ad sacros Ordines sine certo titulo, si ex patrimonio sustentari valeat, non potest petere alimenta ab Ordinatore, & in seqq.
- Et quid post Concilium Trid. num. 29.
- 17 Clerici non beneficiati habentes de patrimonio unde vivunt, licet possint ad sacros Ordines promoveri. Et quid ex Conc. Trident. n. 14.
- 18 Ordinatus ad sacros Ordines an possit petere alimenta ab Ordinatore, licet habeat patrimonium sufficiens, si ad illius titulum expresse ordinatus non fuerit.  
Et quid post Concilium Trid.
- 19 Patrimonium non esse titulum Ecclesiasticum, nisi hoc expresse sit actum, & n. 33.
- 20 Ordinatus si habeat patrem divitem, à quo possit exigere alimenta, non potest illa petere ab Ordinatore, & n. 24.
- Secus post Concilium Trid. n. 26.
- 21 Pauper non dicitur qui patrem habet divitem.
- 22 Aestimatum patris filij reputatur, & n. 26.
- 24 Patrimonium hodie non est titulum ad sacros Ordines nisi dispensative, & n. 49. & 50.
- 25 Concilium Trid. c. 2. sess. 21. expenditur, & n. seqq.
- 26 Patrimonium patris non est patrimonium filij, nisi interpretative, & per juramentum.
- 27 Obtrudere dicitur qui habet jus in re, & legitime possidet.
- 28 Veritas, & factio opponuntur.
- 30 Patrimonium, ad cuius titulum Clericus est ordinatus, gaudet privilegio honorum Ecclesie, & n. 33. Etiam in casibus in iure non expressis, n. 40. Et subrogatur in locum beneficii, n. 32. & 39.
- 31 Bona sunt accessoria ad personam.
- 33 Patrimonium Clerici ad hoc ut indistincte gaudeat privilegio honorum Ecclesie, exigitur ut Clericus ad illius titulum fuerit expresse ordinatus.
- 34 Congregatio super bono regimine consultit Congregationem Consilii de pluribus dubiis spectantibus ad interpretationem, cap. 2. sess. 21.
- 35 Bona patrimonialia clericorum non gaudent privilegio Ecclesie, nisi in casibus à iure expressis.

- Et qui sint huiusmodi casus, n. 41.
- 36 Bona patrimonialia clericorum prescribuntur sicut bona laicorum.
- 37 Restituitur in integrum non competit clerico in bonis patrimonialibus, sicut competit in bonis Ecclesie.
- 38 Compromittere potest clericus in laicum de bonis patrimonialibus, non autem de bonis Ecclesiasticis.
- 40 Bona patrimonialia, ad quorum titulum clericus ordinatur, censentur quasi dotalia, & alienari non possunt sine licentia Episcopi.
- 42 Bona patrimonialia clericorum an, & pro qua parte sint obnoxia solutioni onerum Cameralium.
- 43 Patrimonium, quod remanet clerico beneficii resignanti, gaudet privilegio honorum Ecclesie, pro ea tantum parte, qua ad congruam illius sustentationem sufficit.
- 44 Patrimonium resignanti beneficii succedit loco tituli, tamen Episcopus hoc non declaravit.
- 45 Subrogatio quas iuris interpretatione, censetur fieri cum amobus qualitatibus.
- 46 Beneficium, quod consequitur iam ordinatus ad titulum patrimonium, non succedit loco tituli.
- 47 Nec prohibetur resignari à Concilio Trid.
- 48 Patrimonium, ad cuius titulum clericus est promotus, non potest sine licentia Episcopi alienari, licet postea clericus adeptus sit beneficium sufficiens.
- 50 Patrimonium titulus est subditarius in clericis ad Ordines sacros promovendo, non autem in iam promotis.
- 51 Titulus patrimonii de Episcopi licentia potest commutari in titulum beneficii, & e converso.
- 52 Privilegium exemptionis ab oneribus Cameralibus concessum patrimonio, donec Clericum assequatur beneficium, extinguitur adepto beneficio, nec reviviscit per beneficii dimissionem, & n. seqq. usq. ad n. 63.
- Contrarium n. 63. usq. in finem, præsertim si dimissio sit coacta, n. 66.
- 53 Dicitur, donec, collata in incertum eventum impartat conditionem.  
Vel terminum temporis, n. 56.
- 54 Condicio facta est, ut per momentum temporis impleretur, licet implementum non duret.  
Nisi non duret factio illius, qui conditionem implevit, num. 61.
- Aut nisi aliter constet de mente disponentis, n. 64.
- 55 Legatum factum alicui cum filios haberet, debetur nato filio, licet is postea decedat.
- 57 Jus semel extinctum non reviviscit.
- 58 Fideiubens iudicatum solvi donec lata fuerit sententia definitiva, liberatur lata sententia absolutoria, licet illa postea revocetur.
- 59 Dispositio in primo actu verificatur si actus effectum sortitus fuerit.
- 60 Quod procedit in dispositione legis, secus in dispositione hominis.
- 61 Beneficium sponte dimittendi non datur regressus ad ius semel extinctum.
- 62 Beneficii affectus tractum suscipiens non habet, sed unico momento persequitur.
- 63 Ius semel extinctum ex certa ratione, vel causa reviviscit ratione illa, vel causa cessante.
- 65 Conditionem non sufficit semel extitisse, ubi sequitur effectus iuris.
- 67 Beneficium consequuntur à Principe, si factio Principis illud amittat, debet ad suam gratiam ipso iure redintegrari.

- EPISCOPUS. Qui ordinavit aliquem ad sacros Ordines sine titulo, non habentem de suo unde vivat, ei de proprio providere tenetur, donec aliquid titulum fuerit coniequutus. Hoc dicit. Primò ponit dictum. Secundò exceptionem, ibi, Nisi.
- 2 Nota primò ibi, Diaconum, vel Presbyterum, non licere Episcopo ad illum ex sacris Ordinibus quemquam promoveri sine titulo, licet talis iam fuerit in sacro Ordine constitutus: nam hic dicitur Ordinator ad præstanda alimenta ordinato in Diaconum, vel Presbyterum, & sic ei, qui prius erat saltem Subdiaconus, ut hic per Decium in 1. notab. Non enim placet expositio Hostiensis quòd hoc cap. loquitur secundum antiqua tempora, quando Subdiaconatus pro sacro Ordine non habebatur: etenim cum conceperit haberi pro sacro à temporibus Gregorii I. ut in cap. Anterriennium, ubi plenè notatur, 32. dist. & Urbani II. ut referitur in cap. Amulius supra de atar. & qualiter, & Autho huius capituli fuerit Alexander III. in Concilio Lateranen., qui sedit multò post memoratos Pontifices; utique ex hoc capite non fuisset prætermissus Subdiaconatus, qui multò ante iam ubique in Ecclesia reputabatur sacer, ut in d. cap. Amulius, & cap. Amluram de serv. non ordinand. Sed arbitror propterea hic non fuisse factam mentionem Subdiaconatus, quia de illo non erat dubium: nam cum Episcopus per collationem Subdiaconatus primo ordinatum constituerit in statu, à quo non poterat retrocedere, & tamen titulum non assignaret, absque dubio obstrictus erat illi in necessariis providere, ut in cap. 2. supra eod. & infra in cap. Cum secundum. Sed de ordinato ad Diaconum, vel Presbyteratum majorerat difficultas; quia cum esset iam constitutus in sacro ordine, non videbatur ei prohibendus ascensus ad superiores Ordines, licet titulum non haberet, & hunc casum ut magis dubitabilem voluit hic decidere Concilium Lateranen. statuendo ut Episcopus teneretur alimenta præstare ordinato etiam ad Diaconatum, vel Presbyteratum, non obstante quòd iam esset in sacro ordine constitutus. Sed et hoc cap. loqueretur secundum tempora primitivæ Ecclesie, adhuc tamen cum adstringat Episcopum ad præstanda alimenta ordinato in Diaconum, vel Presbyterum, & sic loquatur alternativè: profectò locum habet etiam in Episcopo, qui ordinavit aliquem in sacro Ordine, non obstante quòd talis iam esset constitutus in ordine sacro, id est Diaconatus, ad cap. Inter ceteros, supra de rescriptis. & reg. in alternativa de reg. jur. lib. 6. Unde incurrit Henriquez in summ. lib. 10. de excommunic. cap. 37. dub. 2. 8. Contrarium, dixit Episcopum posse occultè dispensare cum sic promotis, ut sine novo titulo ad altiores Ordines ascendat, contra quem est text. clarus hic supra ponderatus: nam si posset dispensare, utique ordinando, non incidere in penam hic statutam: quia, quòd legitime factum est, penam non meretur, l. Grachus, C. Ad legem Iuliam de adulteris: & ita in dispensatione arguit glossa in cap. Nihil, in ver. Aetatis, supra de elect. Tene igitur iura prohibere promotionem ad quemlibet ordinem sacrum sine certo titulo, & non ad Subdiaconatum tantum. Sed & Concilium Trident. in c. 2. sess. 21. distributive, & in plurali loquitur, videlicet, Ne quis Clericus sæcula-

- ris ad sacros Ordines promoveatur, &c. Ex his notabiliter infero, ut si quis sine titulo ad sacros Ordines promoveretur à pluribus Episcopis, puta ad Subdiaconatum ab Episcopo domicili, ad Diaconatum ab Episcopo originis, & ad Presbyteratum ab Episcopo beneficii iuxta textum in c. Cum nullus de tempor. ordinat. lib. 6. Quilibet horum Episcoporum teneretur in solidum esse in necessariis providere, & esset in optione ordinatum vel illum convenire, aut illius successorem vel hæredes: ad quòd vide quòd scripsi in cap. Cum secundum Apostolum, in quinta ampliat. vers. Sed remanet dubium, num. 39. infra eod. Ceterum si sacros Ordines quis susceperit ab uno tantum Episcopo, pura Beneficii Episcopus domicili, vel ordinis non essent cogendi; quia hæc Decretalis, & d. cap. Cum secundum, hac obligatione non devincunt nisi ordinatores, vel successores eorum.
- 7 Secundò nota, ibi, necessaria. Clerico ad Ordines promoti sine certo titulo Ordinatorem tenent præstare alimenta, id est cibaria, vestitum, & habitationem, ut l. legatus, ff. de alim. & cib. legat. item medicinas, salarium medicum, stratum, sive lectum, & omnia ad victum necessaria, l. Sicut impendia ff. de usufruct. l. Verba videtur, ff. de verborum signific. & notat Bartol. in l. Si cum dorem, §. Sin autem, num. 9. ff. solut. matrimonio. Jaf. post alios in l. Cum ibi, §. Qui transigit, n. 3. ff. de transact. Et hæc taxari debent secundum facultates Episcopi, & conditionem ordinati, l. Cum alimenta, ff. de alim. & cib. legat. l. Plenum, §. 1. ff. de usuf. & notatur in cap. De multa, infra eod. cum aliis hic allegatis in gloss. 2. atque ita hoc verbum, necessaria, in hac specie exponit Goffred. in d. cap. Cum secundum Apostolum. Et post eum Host. n. 15. Joan. Andr. num. 5. in ver. necessaria, Butr. n. 11. Card. num. 9. in 1. notab. & Abb. num. 9. Petr. de Anchar. in cap. Non liceat, in 2. notab. supra eod. §. offi. 2. hic Butr. num. 7. & alii communiter. Et de Medicis vis vide hic plenius per Anchar. n. 5. Observandum est tamen tribus modis quati posse de beneficio assignando, secundum Hostien. in præd. Decretal. cum secundum, num. 17. quem sequitur ibi Card. in 4. quæst. & Joan. Andr. in cap. 1. num. 3. in verb. substant. infra eod. lib. 6. Primò quoad ordinatum ad sacros ordines, qui conquiritur de Ordinatore, vel presentatore, & tunc locum habet quòd dictum est supra de victu, & vestitu, & hoc secundum Joan. Andr. dici potest beneficium necessarium. Secundò, quoad Curatum Parochialis Ecclesie, & tunc requiritur ut beneficium sit sufficiens, id est quòd sibi, & ad minus uni Clerico, vel pluribus secundum quantitatem, & qualitatem Parochie sufficiat in victu, & vestitu, cap. Utiqueque Presbyter supra de vita, & honest. Cleric. & quoad hospitalitatem servandam, & iura Episcopalia persolvenda, ut in d. cap. 1. de Præben. lib. 6. in cap. De Monach. supra eod. & in c. De supplen. neglig. Prælatorum, item quòd providere possit personis conjunctis indigentibus, ut matris, amixæ, vel sorori si habeat, cap. 1. supra de cohabit. Cleric. & mulier. cum concord. de quibus ibi in gloss. in verb. Canones, & de tali sufficienter loquitur textus in cap. Extirpanda, infra eod. & Conc. Trident. cap. 13. sess. 24. Tertio quoad dignum, & egentem pluribus beneficiis ratione nobilitatis, vel scientiæ, qui pinguora beneficia consequi debet, quam ignobilis, & idiotæ, ut cap. De multa, in fine



infra eod. cum concord. de quibus per Host. in d. c. Cuius secundum, n. 12. in ver. Qualitate. Qui tamen n. 17. dicit hoc præcipue locum habere cum Papa scribit pro aliquo beneficiando in pluribus Ecclesiis, considerata qualitate personæ, ut in prælegato cap. De missis, & formam quam tunc dare contineat Curia, ponit ibidem Jo. Andr. super ver. Ratio. Sed & facultates ipsius videntur consideranda. Cum plures, §. penult. ff. de administrat. tutor. Item honesta consuetudo patrisfamilias, arg. l. vel. universarum ff. de pignorat. act. & l. Qui semispecus, ff. de usur. Rursus mos patriæ in his omnibus spectandus est: nam etiam æqualibus personis minus beneficium sufficeret in provincia Provincia, quam in Anglia, ubi majores expensæ fieri consueverunt, ad hoc c. Quisq. 4. dist. c. Cum Apostolus §. fin. infra de censib. & c. Ceterum de donat. Potissimum habenda est ratio facultatum Ecclesiarum, quæ providere coguntur, ut notatur in c. Quoniam, supra de vita, & honest. Clericorum. Ac demum alia attendi debent, quæ notantur in cap. Cum adeo, supra de rescript. in gloss. in ver. Sufficiens.

15 Tertia nota, Necessaria vita, & subsidium vice esse synonyma, & idem importantia. Unde inferunt ut legatum simpliciter factum pro subsidio vite intelligatur factum pro alimentis, ut l. Pilia, & ibi Baldus, C. de Patr. Potest. & tenet hic Dec. n. 11. & 12.

16 Quarta nota, Episcopum, qui ordinavit aliquem ad sacros Ordines sine titulo, non obligari ad alimenta ei subministranda simpliciter, & absolute, sed in subsidium duntaxat, videlicet cum ordinatus de patrimonio vivere non potest, ut clare probant illa verba. (Nisi talis de sua, vel patris hereditate subsidium vite possit habere.) Idem innuit littera ibi, vite necessaria. Ergo si dives est ordinatus, quod peritus habet, ut arguunt Host. in princ. Joan. Andr. n. 1. & ut inquit gloss. i. in cap. Tuus, infra eod. Judicium sibi manducant, & bibunt, quæ de suo habent, & alienum recipiunt, c. Quoniam quicquid 1. §. 1. Idemque colligitur ex d. c. Tuus, ubi Clerici non beneficiati habentes ex patrimonialibus unde vivunt, licite possunt ad sacros Ordines promoveri, & per consequens ordinari ex facto à jure permisso non est puniendus, ut dictum est supra in 1. notab. n. 4. & tenet expressè Innoc. hic num. 1. dicens: Nota non cogi ordinatorem ordinato providere per Decretal. Cuius secundum, infra eod. si patrimonio sustentari valeat, arg. c. Pastor, & c. Clericos, 1. q. 2. idem firmat Host. n. 1. in ver. Nisi ubi ait ex hoc c. evidenter colligi, ut ordinato qualitercunque diviti, & qui sibi potest sufficere, non cogatur Episcopus providere; unde & talis potest ordinari nullo titulo assignato, ut in d. c. Tuus, infra eod. & sequuntur Doctores infra citandi, na. seq. ver. Sed oppositum.

18 Sed hic incidit questio, An ad hoc ut Episcopus sit solutus obligatione suppeditandi alimenta Clerico ad sacros Ordines promoti sine certo titulo, sufficiat ut ordinatus habeat ex bonis patrimonialibus unde vivere possit; an verò requiratur ut fuerit expressè ordinatus ad titulum patrimonii. Joan. & Goffred. hic tenuerunt hoc non sufficere, sed oportere ut ad titulum patrimonii fuerit expressè ordinatus. Idemque inlinuat Innoc. n. 2. dum ait, Necessarium esse ut ordinator,

& ordinatus expressè consentiant ut de patrimonialibus vivat; alioquin posse ordinatum petere beneficium ab ordinatore, licet propter hoc patrimonium ejus non fiat Ecclesiasticum.

Sed oppositum censuerunt Tancred. & gloss. fin. exilimantes factis esse ut promotus habeat ex bonis patrimonialibus unde sustentari valeat, quia intelligitur tacite ordinatus ad titulum patrimonii; & hanc partem amplectitur Host. n. 2. dicens opinionem Joannis, & Goffred. esse contra hunc text. & c. Cuius secundum, 1. resp. ver. Cum enim à Clero, & c. Tuus, infra eod. Idem tenet gloss. 3. in c. Si Episcopus, infra eod. lib. 6. & confirmatur hic Jo. Andr. n. 2. in ver. Nisi talis, Anton. de Butr. in 2. notab. dicens: Nota quod ad hoc ut cesset obligatio ista, sufficit Clericum habere patrimonium unde sustentari possit, licet non assignetur in titulum, Petri de Anchar. in 3. notab. Abb. n. 2. in ult. notab. & Decius n. 6.

19 Verum Cardinal. n. 7. in 7. q. dicit utramque opinionem esse veram: nam Clericus intelligitur tacite ordinatus ad titulum patrimonii quoad excludendam actionem per conditionem hujus Capituli, & concordantium; id est quamvis non fuerit expressè ordinatus ad titulum patrimonii, tamen si verè patrimonium habeat unde vivere possit, non habet actionem ad alimenta contra ordinatorem, & hoc respectu intelligitur tacite ordinatus ad titulum patrimonii, & ita procedit opinio Gloss. Tancred. & Host. sed non censetur ad titulum patrimonii ordinatus quoad hoc ut patrimonium fuerit effectus titulus beneficii Ecclesiastici; & sic procedit secunda opinio Joannis, Goffred. & Innoc. Eandem distinctionem ante Cardinal. posuit Gloss. Joannis Andr. in c. Si Episcopus, in ver. Titulum infra eod. lib. 6. in additione, ubi ait: (Licet ad obligationem, de qua hic loquimur, sequat Tancred. & Host. non tamen dico patrimonium esse titulum, nisi expressè fuerit actus.) Et pro primo hujus distinctionis membro vide text. in cap. Postalasti, supra de rescript. ubi est Gloss. Capituli cum secundum Apostolum, ubi habetur, Sedem Apostolicam per illam formam voluisse succurrere necessitatibus pauperum clericorum. Ergo si ex bonis patrimonialibus habeant unde commodè vivere possint, non intendit cogere ordinatorem ad alimenta eis præstanda.

20 Ex his inferret Decius hic n. 7. ut si ordinatorem promotionis haberet patrem divitem, vel alium conjunctum, à quo posset exigere alimenta, non obligaretur Episcopus; & dicit hoc sententia Imolam hic col. 2. ver. Ultimo potes notare. Ad quod tacitè, quia pauper non dicitur qui patrem habet divitem, ut c. 1. infra de Magistr. ibi, ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non possunt, subtrahatur, & quia alitum patris filii reputatur, ut notat gloss. in l. 2. in ver. Potestatis, l. Qui etate, lib. 1. 0. Quæ de re plura scribit Alex. in l. 1. in sua ff. de liber. & Posthum. ad idem confertur, text. in c. Clericos, 1. q. 2. ibi, Quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur bona, & cap. ult. ad finem 16. quest. 1. Quod tamen limitat Decius, num. 10. ut procedat dummodò pater teneatur alimentum præstare: forte quia filius propter dignitatem non potest sibi propriis manibus vitam quaerere, secundum ea quæ notantur per Bartolum in l. si quis, §. 2. in ver. Sed filius, post gloss. in ver.

ver. Vt operis ff. de liber. agnos. alias fecus, ut hic latius per eum.

24 Tuadverte; nam supra scriptas Doctorum opiniones hodie non obscurè sustulit S. T. rident. Synodus, in c. 2. sess. 21.

Primo enim dum statuit, ne quis Clericus secularis deinceps ad sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitime constet eum beneficium Ecclesiasticum pacificè possidere; patrimonium verò, vel pensionem obrentes ordinari posthac non possint nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum: aperte sustulit dispositionem cap. Tuus, infra eod. secundum quam Clerici non beneficiati licite poterant ad sacros Ordines promoveri ad titulum patrimonii; quod etiam licebat in vim hujus Decretalis, secundum intellectum Joan. Andr. & Doctorum exponentium verba illa, certo titulo, scilicet beneficii, vel patrimonii: nam hodie solum beneficium est titulus legitimus ad sacros Ordines; patrimonium verò non nisi dispensativè, quemadmodum etiam alias declaravit sacra Congregatio ejusdem Concilii Interpretes. Et propterea Concilium utitur illis verbis, Statuit deinceps, quæ ostendunt hanc provisionem esse jus novum, ut notat gloss. in Clem. Est in ver. Deinceps, de Regular. Ideoque colligitur ex dictione illa, posthac, quæ idem importat quoad deinceps, seu de cetero, ut l. si quis posthac, C. de bon. Prescripto. Rursus Concil. ibidem concessit opinionem gloss. Tancred. & Host. de qua supra in 18. ver. Sed oppositum, qui dixerunt Clericum, si patrimonium habeat, ordinari posse, etiam nullo titulo assignato, & tacite ad titulum patrimonii ordinatum censeri: nam post Concilium non sufficit ut habeat patrimonium, sed exigitur ut expressè ad patrimonii titulum ordinem dispensativè eum necessitatem, vel utilitatem Ecclesiarum. Ad hæc dum Concil. in ver. In quoque dispositio ut priusquam Clerici ordinentur ad titulum patrimonii, constare debeat patrimonium illud verè ab eis obtinendum: satis clarè improbat opinionem Imolæ, & Decii, exilimantium Clericum posse ad sacros Ordines jure promoveri, si patrem habeat divitem, ut dictum est supra n. 20. Quandoquidem patrimonium patris non est patrimonium filii, verè, sed interpretativè, seu per quandam juris fictionem, secundum quam pater, & filius censentur una, & eadem persona, c. Contradicimus, §. Hac auctoritate, §. 3. q. 3. ut notat gloss. præ allegata n. 1. 2. in ver. Potestatis, C. de his, qui a te se excusant, lib. 10. At ex Conc. hujusmodi præsumptio, seu fictio non sufficit; quemadmodum nec sufficit ut pater teneatur filio ad alimenta: sed exigitur ut promovendus patrimonium illud verè obtineat. Obtrineat autem non licitur, qui adionem habet, vel jus ad rem, sed qui habet jus in re, & legitime possidet, ut notat Archid. in c. Si gratiosè, num. 1. ver. Nam cum non habeat jus in re, de rescript. lib. 6. & Alberic. in Dictionar. in ver. Obtinere, sicut habere, est cum effectu habere, ut l.

25 C. de bon. Prescripto. Rursus Concil. ibidem concessit opinionem gloss. Tancred. & Host. de qua supra in 18. ver. Sed oppositum, qui dixerunt Clericum, si patrimonium habeat, ordinari posse, etiam nullo titulo assignato, & tacite ad titulum patrimonii ordinatum censeri: nam post Concilium non sufficit ut habeat patrimonium, sed exigitur ut expressè ad patrimonii titulum ordinem dispensativè eum necessitatem, vel utilitatem Ecclesiarum. Ad hæc dum Concil. in ver. In quoque dispositio ut priusquam Clerici ordinentur ad titulum patrimonii, constare debeat patrimonium illud verè ab eis obtinendum: satis clarè improbat opinionem Imolæ, & Decii, exilimantium Clericum posse ad sacros Ordines jure promoveri, si patrem habeat divitem, ut dictum est supra n. 20. Quandoquidem patrimonium patris non est patrimonium filii, verè, sed interpretativè, seu per quandam juris fictionem, secundum quam pater, & filius censentur una, & eadem persona, c. Contradicimus, §. Hac auctoritate, §. 3. q. 3. ut notat gloss. præ allegata n. 1. 2. in ver. Potestatis, C. de his, qui a te se excusant, lib. 10. At ex Conc. hujusmodi præsumptio, seu fictio non sufficit; quemadmodum nec sufficit ut pater teneatur filio ad alimenta: sed exigitur ut promovendus patrimonium illud verè obtineat. Obtrineat autem non licitur, qui adionem habet, vel jus ad rem, sed qui habet jus in re, & legitime possidet, ut notat Archid. in c. Si gratiosè, num. 1. ver. Nam cum non habeat jus in re, de rescript. lib. 6. & Alberic. in Dictionar. in ver. Obtinere, sicut habere, est cum effectu habere, ut l.

26 Nomen filiarum, §. Habere, ff. de verb. signif. Et ad verbum illud, verè fuit appositum à Concil. ad hujusmodi fictiones excludendas: nam veritas, & fictio opponuntur, ut l. Qui in atero ff. de statu hom. & l. Si pater familias §. Quodvis ff. de adop. & aliud est esse tale, aliud haberi pro tali: quod pluribus exornat Oldrad. conf. 67. Questio talis est, num. 4. Prosp. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.

27 Nomen filiarum, §. Habere, ff. de verb. signif. Et ad verbum illud, verè fuit appositum à Concil. ad hujusmodi fictiones excludendas: nam veritas, & fictio opponuntur, ut l. Qui in atero ff. de statu hom. & l. Si pater familias §. Quodvis ff. de adop. & aliud est esse tale, aliud haberi pro tali: quod pluribus exornat Oldrad. conf. 67. Questio talis est, num. 4. Prosp. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.

ver. Hac autem multum refert. Præsertim verò, quia Concilium paulò post adjecit, ut patrimonium illud deinceps sine licentia Episcopii alienari non possit, quæ verba non conveniunt nisi bonis verè assignatis in titulum, non autem bonis paternis, quorum pater liberam habet dispositionem, §. Cum oportet, & l. Cum non solus, C. de bon. qua liber. Ac demum dum Concilium in d. cap. 2. sess. 21. in extremis verbis innovavit penam antiquorum Canonum, C. id est hujus, c. & c. cum secundum, infra eod. non autem, cap. Neminem, & cap. Sanctorum, 70. distinet, ut S. Congregatio declaravit, videtur sustulisse opinionem Hostie, Joann. Andr. Butr. & aliorum, de quibus supra num. 18. ver. Sed oppositum, qui dixerunt ad hoc ut Episcopus eximatur à pena, seu obligatione præstandi alimenta, sufficere ut Clericus habeat patrimonium unde sustentari possit, licet ad illius titulum non fuerit ordinatus. Hodie enim hoc videtur corrigi, quia cum patrimonium non sit titulus ad sacros Ordines nisi dispensativè, & ex eo quod Clericus habeat unde vivat, non videtur satisfactum Concil. quod voluit neminem ordinari nisi ad titulum beneficii, excepta causa necessitatis, vel utilitatis Ecclesiarum; & consequenter cum Episcopus non servaverit formam sibi præscriptam, videtur incidisse in penam, de qua hic, & in d. cap. Cuius secundum, à Concilio innovatam; & sic obligari ad providendum ordinato de competentis beneficio Ecclesiastico, non alioquin inveniatur Clericus ad sacros Ordines promotus sine titulo beneficii, nulla subsistente causa necessitatis, vel commoditatis Ecclesiarum, tunc tamen esset super hoc dubio S. Congregationem consulere.

In gloss. fin. nota diligenter hanc gloss. & ex ea collige bona patrimonialia, ad quorum titulum Clericus est ordinatus, gaudere privilegiis bonorum Ecclesiarum: prout hanc gloss. ad hoc ponderat Felin. in c. Ecclesia §. Mar. 8. nu. 10. de Constitut. Et Dec. hic num. 20. rationem assignat gloss. quia talis de toto Ecclesia factus, licet non habeat Ecclesiam; & allegat jura in cap. Ecclesiarum servos, 12. q. 2. de cap. Sicut, 16. q. 1. Sed hæc ratio, & jura allegata includunt quoad privilegium in persona non autem in rebus, Abb. verò hic n. 4. dicit hoc ideo esse, quia bona sunt accessoria ad personam, & propter prærogativam personæ hæc privilegiantur bona, ut l. 3. C. de Episcop. & Cleric. melior text. est in cap. Similiter, 16. q. 1. Verum hæc ratio Abbatis generalis est ad omnia bona patrimonialia Clericorum, quæ tamen non gaudent privilegii rerum Ecclesiasticarum, nisi in casibus expressis in jure, ut dicam infra num. 37. & seqq. & contra nimis stricta est alia ratio, quam reddidit glossa in cap. Ex litteris, in ver. Obligata, infra de pignor. ait enim res Clericorum propterea gaudent eod. privilegio, quod res Ecclesiarum, juxta text. in d. cap. Similiter, 16. q. 1. quia sunt obligate Ecclesiæ, si male administraverint. Hanc enim rationem merito resellunt hic Butr. num. 8. & Abb. num. 4. nam si ratio gloss. procederet, sequeretur ut Clericus non habens beneficium non gauderet illo privilegio: Dic ergo veram rationem esse, quia patrimonium, ad cuius titulum Clericus est promotus, subrogatur in locum beneficii, & ideo eo sapit illius naturam, §. Fuerat, infra de action. cum similibus, ut latius dicam infra n. 43.

30 In gloss. fin. nota diligenter hanc gloss. & ex ea collige bona patrimonialia, ad quorum titulum Clericus est ordinatus, gaudere privilegiis bonorum Ecclesiarum: prout hanc gloss. ad hoc ponderat Felin. in c. Ecclesia §. Mar. 8. nu. 10. de Constitut. Et Dec. hic num. 20. rationem assignat gloss. quia talis de toto Ecclesia factus, licet non habeat Ecclesiam; & allegat jura in cap. Ecclesiarum servos, 12. q. 2. de cap. Sicut, 16. q. 1. Sed hæc ratio, & jura allegata includunt quoad privilegium in persona non autem in rebus, Abb. verò hic n. 4. dicit hoc ideo esse, quia bona sunt accessoria ad personam, & propter prærogativam personæ hæc privilegiantur bona, ut l. 3. C. de Episcop. & Cleric. melior text. est in cap. Similiter, 16. q. 1. Verum hæc ratio Abbatis generalis est ad omnia bona patrimonialia Clericorum, quæ tamen non gaudent privilegii rerum Ecclesiasticarum, nisi in casibus expressis in jure, ut dicam infra num. 37. & seqq. & contra nimis stricta est alia ratio, quam reddidit glossa in cap. Ex litteris, in ver. Obligata, infra de pignor. ait enim res Clericorum propterea gaudent eod. privilegio, quod res Ecclesiarum, juxta text. in d. cap. Similiter, 16. q. 1. quia sunt obligate Ecclesiæ, si male administraverint. Hanc enim rationem merito resellunt hic Butr. num. 8. & Abb. num. 4. nam si ratio gloss. procederet, sequeretur ut Clericus non habens beneficium non gauderet illo privilegio: Dic ergo veram rationem esse, quia patrimonium, ad cuius titulum Clericus est promotus, subrogatur in locum beneficii, & ideo eo sapit illius naturam, §. Fuerat, infra de action. cum similibus, ut latius dicam infra n. 43.



33 Ad unum tamen adverte, quia dum gloss. no-  
stra dicit patrimonium clerici ordinati hinc titu-  
lo beneficii gaudere privilegio bonorum Eccle-  
siaz; etiam patrimonium illud non fuerit ei ex-  
presse assignatum in titulum, hoc à DD. non ad-  
mittitur; quia ad hoc ut patrimonium clerici  
gaudeat generaliter, & indistinctè privilegio bo-  
norum ecclesiasticorum, requiritur ut clericus ad  
illius titulum fuerit expresse ordinatus, secun-  
dum opinionem Joan. Goffred. & Innoc. hic, &  
gloss. in cap. si episcopus, in ver. Titulum, in fine eodem  
lib. 6. quæ à Doctoribus communiter recipitur,  
ut patet ex dictis supra num. 19. & fufius patebit  
ex his, quæ dicentur infra in præjudiciis quæstio-  
num subsequenrium.

34 Sacra Congregatio super Bono Regimine  
consultit S. Congregationem Concilii super du-  
biis infra scriptis.

Primo, Clericus ordinatus ad titulum benefi-  
cii resignavit illud non constituto sibi auctoritate  
Principis, vel Ordinarii certo patrimonio, sed  
solum narrato in resignatione quod habebat pa-  
trimonium sufficiens ad vitam.

Queritur, an hoc patrimonium in totum, vel  
pro aliqua parte, & pro qua consequatur immu-  
nitates concessas patrimonio, ad cuius titulum  
clericus ordinatur.

Secundo, Clericus ordinatus ad titulum patri-  
monii consequitur beneficium sufficiens ad vi-  
tam.

Queritur an dictum patrimonium amittat im-  
munitates ei concessas in ordinatione.

Tertio, Clerico ordinato ad titulum patri-  
monii fuit concessum privilegium particulare reale  
ob oneribus cameræ, donec conloquatur bene-  
ficiam: obtinuit beneficium, & postea illud di-  
misi.

Queritur, an dictum privilegium, quod cessa-  
vit per allectionem beneficii redeat ad primam  
ejus naturam per ejusdem beneficii dimissi-  
onem.

35 Pro clariori solutione harum dubitationum  
præmittendum est bona patrimonialia clericorum  
hoc differre à bonis, ad quorum titulum cle-  
rici ordinantur, quod illa non gaudent privile-  
giis bonorum Ecclesiaz, nisi in casibus à jure ex-  
pressis, & hoc pro regula constituunt, Anton. de  
Butr. Imol. & Abbas in c. si diligenti, de prescrip-  
t. Rom. in l. vsus apionem, ff. de usucap. Felin. post alios  
in c. Ecclesia S. Marie, sub num. 6. vers. Sed nihilomi-  
nus, de Constitut. Andr. Barbac. ibidem. 50. & De-  
cius hic n. 12. qui testatur hanc esse communem

36 opinionem: ideoque bona patrimonialia cle-  
ricorum præscribuntur sicut bona laicorum, ut no-  
tat gloss. 1. in c. Possessiones, l. c. 4. Roman. sing.

37 463. Butr. & Abbas in d. c. si diligenti. Rursum in  
his bonis non competit clerico restitutio in inte-  
grum, sicut competit in bonis Ecclesiaz, ut notat  
Specul. in tit. de restitut. in integrum, §. Qualiter, vers.

38 Sed nunquid, & gloss. 2. in Clem. 1. eodem tit. Item  
potest clericus de his propria auctoritate com-  
promittere etiam in laicum, quod non potest de  
Ecclesiasticis, gloss. 2. in d. c. si diligenti, ac plura  
alia exempla congerunt, Abb. & Felin. loc. cit.

39 At vero bona, ad quorum titulum clericus ordi-  
natur, habent indistinctè omnia privilegia, &  
exemptiones, quæ competunt bonis Ecclesiaz, in  
quorum locum sunt subrogata, gloss. in. hic Felin.

in d. c. Ecclesia S. Marie, num. 10. ubi asserit hæc bo-  
na gaudere privilegiis bonorum Ecclesiaz, etiam  
in casibus à jure non expressis; quia cum subro-  
gentur loco beneficii, non videtur deinceps esse  
simplex patrimonium temporale, & profanum,  
sed quadam quali spiritualis merces, & præmi-  
um pro servitiis altari exhibendis, quod latius profe-  
quitur, & ad objectis tractat Anton. Burgos. in re-  
pensione ejusdem c. num. 130. & seq. vers. Limitant  
moderni.

40 Atque inde fit, ut bona patrimonialia licet pos-  
sit clericus alienare, etiam in consilio Ordina-  
rio, aliud tamen sibi ad eorum titulum fuerit ordi-  
natus, quia tunc censetur esse de qua doctri-  
na, atque alienari non possunt absque solemnita-  
tibus, &c. ut docuit Host. in c. Tur. n. 1. si eod.  
quem ibi sequuti sunt Joan. Andr. n. 6. vers. Hostien.  
enit. Caroin. Zabarel. num. 3. vers. Septimo quarto,  
Butr. & Anchar. in fin. & Imol. n. 1. ubi testatur  
de commun. Jo. de Anania n. 6. vers. An autem esse  
Clericus, Anton. Burgos. post alios in d. c. Ecclesia  
S. Marie, n. 143. de Constitut. Quod clarior hodie est  
sanctum decreto Concilii Tridentini, cap. 2. sess. 21.

41 Causa autem à jure expressis, in quibus bona pa-  
trimonialia clericorum bonis Ecclesiasticis agri-  
parantur, sunt immunitas à collectis, atque à ju-  
risdictione seculari, privilegium fori, & alii plu-  
res, quos cumulat Felinus in d. c. Ecclesia S. Marie,  
n. 7. & seq.

42 Ceterum quoad immunitatem à collectis, est  
inspecta juris communis dispositione nulla sit dif-  
ferentia inter alia bona patrimonialia Clerico-  
rum, & bona, ad quorum titulum Clerici sunt ordi-  
nati, sed omnia indistinctè sunt immunia ab il-  
larum exactione, ut proxime dictum est, ut pro-  
batur in c. 1. de immunit. Eccles. lib. 6. & in c. Quan-  
quam, de censibus, eod. lib. tamen in tantibus Bullis  
Pauli III. & Pauli IV. Clementis VIII. Pauli V.  
& aliorum Summorum Pontificum revocatoris  
quarumcunque exemptionum, & immunitatum  
à solutione onerum camerarum, S. Congregatio  
super Bono Regimine lapsus manavit adtrin-  
gi Ecclesiasticos, & alios privilegiatos ad solutio-  
nem hujusmodi onerum, nisi libertatem præseri-  
perint, præterquam ex bonis patrimonialibus,  
ad quorum titulum Clerici ad sacros Ordines  
sunt promoti.

Quod tamen non modicam patitur difficulta-  
tem, quia revocationes hujusmodi non efficiunt  
exemptiones, quæ de jure competunt Ecclesiasticis,  
prout expresse declaravit Paulus V. in Con-  
stitutione sua, quæ incipit, In maximis, in Bullar.  
tom. 3. pag. 183. ibi, Volumus autem, ac declaramus  
nostræ intentionis non esse revocare exemptiones, & im-  
munitates quibuscumque personis Ecclesiasticis tam sa-  
cularibus quam Regularibus de jure competentes.

Nec tolli obicem, quod ordinationes, ut præ-  
fertur, edite à S. Congregatione referri debeant  
ad onera, quæ copulative sunt certa, realia, & in-  
variabilia, à quorum solutione Ecclesiastici non  
sunt exempti, ut in decis. Rotæ in causa Brudulina  
gabellæ coram Penna cu suis concord. quam sa-  
pius probavit S. Congregatio super con. overfuis  
jurisdictionibus. Quoniam si tales ordinationes  
ita essent intelligendæ, à solutione prædictorum  
onerum non fuissent excipienda bona, ad quorum  
titulum Clerici sunt ordinati; quia solutioni il-  
lorum etiam hæc bona sunt obnoxia, perinde  
ac

ac bona Ecclesiasticum, ut in prælegat. decis. Ver-  
um quicquid sit in hac disputatione supponenda  
est differentia inter patrimonium, ad cuius titulum  
clericus est ordinatus, & alia bona patrimonialia  
clericorum, ut illud quidem sit immune à solutio-  
ne onerum Cameralium, hæc autem non ita.

43 Atque hoc supposito, ad primam quæstionem  
videtur respondendum, patrimonium illud, quod  
remanet clerico beneficium resignanti, consequi  
immunitates concessas patrimonio, ad quod cle-  
ricus ordinatur pro ea tantum parte, quæ ad con-  
gruam clericis sustentationem sufficiat. Nam etiam

44 Concilium d. c. 2. sess. 21. tantum disponat, ut be-  
neficiam, ad cuius titulum clericus est promotus,  
resignari non possint nisi constituto, quod ipse aliunde  
commodè vivere possit, nec ulterius procedat, ar-  
stando ordinarios ad certum patrimonium pro titulo  
resignanti constituendum: tamen bona illa, quæ  
ex Concilio debet habere Clericus resignans, vide-  
ntur succedere loco tituli, etiam si hoc Episco-  
pus non declaraverit, alioquin Concilium mini-  
mè prospexit decori Ordinis clericalis, quia  
Clericus dimisso beneficio postea bona illa  
ad libitum alienare, si loco tituli non succederent,  
secundum opinionem Host. & communem  
in d. c. Tur. infra eod. atque ita cogetur aut cum  
ordinis dedecore mendicare, aut sordidum ali-  
quem quæstum exercere, contra expresse rationem,  
d. c. 2. Accedit quod cum de jure communi  
bona Clerici simpliciter ordinati non subro-  
gentur loco tituli, nisi quoad hoc, ut Clerico non  
competat conditio adversus Episcopum ordi-  
nandem, ex communi sententia in d. c. Tur. & in  
d. c. Ecclesia S. Marie, de Constitut. ut dictum est  
supra, n. 19. supra vacante esset hac in parte Trid.  
Conc. decretum, si nihil adderet dispositioni juris  
communis. Quomobrem ut Clericorum digni-  
tati satis consultum sit, & Concilii provisio in re  
tam necessaria inanis non videatur, ea bona quæ  
super sunt Clerico beneficium resignanti, intelligi  
debent subrogari in locum tituli inalienabilis,  
licet Episcopus id non expresserit, ad hoc opti-  
mus, text. in l. si donat. §. 1. ff. de donat. inter virum,  
& uxor. & in l. Filia, §. fin. ff. de condit. & demonstrat.

45 Hæc autem subrogatio, cum fiat juris inter-  
pretatione, intelligenda est fieri pro ea tantum  
parte, quam jus requirit; pro ea nempe, quæ ad  
vitam Clerici congrue sustentandam sit satis. Ne-  
que enim aliud exigit Concilium in d. cap. 2. Et  
subrogatio legis censetur fieri cum omnibus  
qualitatibus, & conditionibus ejus, in cuius do-  
cum sit, l. 1. §. Nec alio, & ibi notat Bartol. ff. si  
quis testam. liber. est. iuss. fuer. Jason. in l. licet Impera-  
tor. num. 25. ff. de leg. 1. Quæ autem dicatur con-  
grua sustentatio, & ad quam rationem taxari de-  
beat, prolixè explicatum est supra in 2. notab. n. 8.

46 Secunde quæstionis solutio ex eo videtur pen-  
dere, An beneficium, quod consequitur Clericus  
promotus ad titulum patrimonii, succedat loco  
tituli, ita ut Concilio resignanti non possit.  
Nam si succedit, patrimonii titulus extinguitur  
per acquisitionem alterius tituli Ecclesiastici;  
sicut dicimus de novatione, quæ priorem obliga-  
tionem extinguunt, & in aliam transfundit, l. 1. ff.  
de novat. & de obligatione Episcopi ordinandi aliquem  
sine titulo, quæ extinguuntur, eo ipso quod ordina-  
tus assequitur beneficium, ut hic, & in cap. cum se-  
cundam, in fine eod. Sin autem beneficium non succe-  
dat loco tituli, tunc patrimonium, ad cuius titulum  
Clericus est promotus, retinebit sua jura,  
& privilegia, arg. leg. Sancimus, C. de testam. Vide-  
tur autem dictum beneficium non succedere loco  
tituli, quia cum Clericus habeat titulum patri-  
monii ex provisione hominis, cessat titulus bene-  
ficii ex provisione legis, l. fin. C. de pact. convent.  
cum simil. Ac præterea Concilium iussit clericos  
ordinari cum titulo sufficienti, ne cogentur  
mendicare in opprobrium Ordinis clericalis.  
Quæ ratio cessat, ubi Clericus est jam promotus  
ad titulum patrimonii inalienabilis; ac proinde  
nulla ratio suadet, ut beneficium intelligi debeat  
subrogari in locum patrimonii, ad cuius titulum  
Clericus promotus fuerat. Quam interpretationem  
sapius videtur sequuta S. Congregatio Con-  
cilio. Aliquando enim censuit decretum d. cap. 2.  
sess. 21. dum prohibet resignationem beneficii, ad  
cuius titulum quis fuit ordinatus, non compre-  
hendere resignationem illius beneficii, quod postea  
consequutus est Clericus jam promotus ad  
titulum patrimonii, sed patrimonium ipsum re-  
manere inalienabile. Ergo ex sententia S. Congre-  
gationis beneficium illud non est loco tituli,  
neque extinguit antecedentem titulum patrimonii,  
& consequenter patrimonium non amittit  
propterea immunitates ei concessas in collatio-  
ne Ordinis. Aliquando etiam respondit patri-  
monium alienari non posse sine licentia Episco-  
pi, etiam si promotus adeptus sit beneficium suffi-  
ciens, &c. Ergo titulus patrimonii ex S. Congre-  
gatione non extinguitur per allectionem bene-  
ficii; Nam si extingueretur, alienari posset etiam  
Episcopo in consulto, ex communi sententia in d.  
c. Tur. infra, eodem patet ex dictis supra num. 41.  
Cujus quidem decisionis potissima ratio fuit, quia  
si Clericus adepto beneficio alienare posset pa-  
trimonium sine licentia Episcopi, posset postea  
etiam beneficium illud resignare in fraudem  
Concilio, quia decretum d. cap. 2. non præcat cle-  
ricum resignantem, nisi ad faciendam mentio-  
nem, quod ad illius beneficii titulum sit promo-  
tus. Hoc autem casu clericus posset tunc subji-  
cere se fuisse promotum ad titulum beneficii,  
quod postea adeptus fuit; quia utcumque succe-  
deret in locum tituli, semper tamen verum esset  
eum non fuisse promotum ad illum titulum, sed  
ad titulum patrimonii, atque ita clericus utroq;  
titulo destitutus cogereur mendicare in oppro-  
brium Ordinis clericalis, quod tantopere abhor-  
rent facti Canones, ut c. Diaconi sunt, 33. dist. &  
c. Postlasti supra de rescrip. Quare huic interpre-  
tationi favet expressa mens Concilii. Verba au-  
tem non advertantur, quia illorum sensus non est  
ut bona, quæ sine licentia Episcopi prohibentur  
alienari, donec ordinatus beneficium ecclesiasti-  
cum sit adeptus, alienari deinde possint sine li-  
centia Episcopi; siquidem verba illa, sine licentia  
Episcopi, posita sunt ad ostendendam differenti-  
am, quæ constituitur inter eadem bona, ante-  
quam Clericus sit affectus illud beneficium, &  
postquam illud affectus est, ut prius quidem nec  
de ipsius Episcopi consensu possint alienari, postea  
verò possunt, sed de consensu Episcopi tantum.  
Alioquin si alius esset dictorum verborum  
sensus, sequeretur ut dum Concilium prohibet  
clerico alienationem patrimonii sine licentia E-  
piscopi, donec beneficium sit adeptus, censeretur



à contrario sensu illam permittere de Episcopi licentia. Quod esset maxime absurdum. Neque obstat quod titulus patrimonii non sit titulus ad Ordines nisi dispensativè, eo quod non possint Clerici indistinctè ordinari ad ejusmodi titulum, sed illi tantum, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, ut statuitur in d. cap. 2. Et consequenter per allocationem beneficii, qui est titulus approbatus à sacris Canonibus, prior titulus minus Canonici, & subsidiarius extinctus censeri debeat, arg. s. Secundum, infra, de iustudat. tutor. l. 1. & per totum ff. de Magistrat. convent. Nam obiectum tollitur, quia Concilium d. cap. 2. non constituit distinctionem, an clericus promotus ad titulum patrimonii assequatur beneficium ecclesiasticum, vel aliud iusticiens habeat unde vivere possit: imò utroque casu permittit clerico alienationem patrimonii; loquitur enim alternative, ut patet ibi, tenet nullatenus possint, donec beneficium ecclesiasticum sufficiens sit adepti, vel aliunde habeant unde vivere possint, & sic sufficit alterutrum verificari, ut c. inter ceteras, de rescript. & regula in alternativa, de regal. jur. lib. 6. Ergo quemadmodum per allocationem aliorum bonorum non extinguuntur prior titulus patrimonii; ita nec per allocationem beneficii. Neque enim titulus patrimonii est subsidiarius, nisi cum agitur de clerico promovendo; Eo enim casu ordinari non debet, nisi pro necessitate, vel commoditate Ecclesie; & ac ubi: etiam promotus. Concilium non improbat tituli commutationem; quinimo ex Concilio permittitur transitus à titulo beneficii ad titulum patrimonii, ut ibi. Neque ea resignatio admittatur, nisi consilio quod aliunde vivere commode possit.

Ad tertiam quaestionem videtur respondendum speciale privilegium, quod cessavit per allocationem beneficii, minime reviviscere per ejusdem beneficii dimissionem. Nam verba illa, donec consequatur beneficium, cum sint collata in incertum eventum, faciunt conditionem, Bartol. in l. 1. in princ. in 6. col. ff. de condit. & demonstrat. Jafon in l. sufficit, num. 5. ff. de condit. indeb. Conditionem verò sufficit aliquo momento temporis impleri, licet implementum non duret, l. si quis heredem, ubi omnes notant, c. desistit, & substituit. l. in substitutione ff. de vulgar. & Pupillar. Anton, Gabriel, post alios lib. 4. comm. concl. tit. de fideicommiss. concl. 7. & 8. Ideoque legatum factum alicui cum filios haberet, debetur nato filio, nec quicquam obest si is decessat, text. in l. cum uxore. Et ibi Bald. & Salyet. c. quando dies legati cedat. Vel certe, ut placuit Bald. cons. 415. Quod dicitur Consequens, lib. 1.

In princ. dictio illa donec, non conditionem, sed terminum temporis importat; ac proinde privilegium clerico concessum donec beneficium assequatur, non perdurabit, nisi usque ad illius allocationem. Neque enim est privilegium perpetuum, sed temporale, & limitatum usque ad actum consecutionis beneficii; atque hoc pacto arguit Dec. cons. 14. v. si prohibito sub num. 1. 1. & Calt. cons. 184. n. 2. vers. Calligitur in super, lib. 2. Ac propterea cum privilegium fuerit sublatum per beneficii allocationem, non redibit ad primæviam ejus naturam per dimissionem ipsius, quia jus semel extinctum non reviviscit. l. Qui res, s. Arcam, ff. de iust. & cap. Quare, de consecrat. dist. 4. Petr. de Anchar, cons. 38. mortua d. Domi-

na, num. 3. & quia interea est jus quæsitum Camera in exigendis oneribus, quod non potest auferri per dimissionem voluntariam beneficii, atque ita cum jus non modo quoad clericum sit perpetuum, verum etiam ad alios devolutum; nunquam reviviscit, ut ibidem animadvertit Anchar. Ideoque in simili videmus, qui si defuit iudicatum solvi, donec lata fuerit sententia diffinitiva; lata sententia absolutoria liberari, nec postea obligationem reviviscere per ipsius sententia revocationem; quia cum principalis fuerit semel absolutus, & sic quæsitum fuerit liberatio fidei iudicis; condemnatio postea subsequens non potest jus illi quæsitum auferre. Casus est in l. fin. ff. de pactu, ubi ita concludunt Bar. & DD. & fuisse consultus Socin. cons. 91. Conclusio, per totum volum. 4. Neque obstat quod dispositio ita demum verificetur in primo actu, si actus effectum sortitus fuerit, secundum gloz, quæ communiter recipitur in l. Qui per saltem, s. Hoc sermone, ff. de iurejur. Nam responderet hoc procedere in dispositione hominis, ut in casu præfenti, sufficit enim in isto casu ut dispositio verificetur in primo actu, licet talis actus non duret, vel non fortietur effectum. Ita declarat Bald. in l. 1. quest. 4. c. de his qui per. nomin. & Socin. d. cons. 91. num. 4. Etenim ad dissolutionem obligationis ex parte Camera sufficit primum unicum implementum, allocationis scilicet beneficii, licet implementum non duret, ut inquit Anchar. cons. 404. Tria dubia, num. 6. Præfereim verò quia cum hoc casu implementum cesset factio ipsius clerici, qui potuit non dimittere, non datur sibi regressus ad jus semel extinctum, ut in terminis clerici beneficium spontè dimittentis probat Archid. in cap. Non potest, de Præben. in 6. & confert doctrina Bald. in l. Si quis heredem, vers. Item facit ad quaestionem, c. de instr. & substit. ubi docet non sufficere conditionem semel extitisse, quando implementum non durat factio, & culpa illius, qui implevit. Et Bald. sequitur ibi Salyetius circa finem. Et Alex. col. 2. vers. Tangit etiam Bald. & alii, quos cumulat Gabriel, comm. concl. lib. 4. tit. de fideicommiss. conclus. 8. num. 3. Quæ omnia factis etiam comprobantur ex tenore ipsius privilegii, quod cum supponatur concessum sub his verbis, donec Clericus beneficium consequatur; nulla videtur habita ratio retentionis beneficii, sed allocationis tantum, quæ tractum successivum non habet, sed unico momento perficitur, Bald. in l. fin. col. 2. in 2. nos ab. C. de ind. iud. toll. Gabr. loc. cit. n. 6.

Fateri tamen oportet hanc materiam esse satis dubiam: Nam jus semel extinctum ex certa ratione, vel causa, reviviscit ratione illa, vel causa cessante, ut respondit Abbas cons. 3. Nitar. sub num. 2. col. 14. vers. Nec obstat, iuncto fin. illius quest. 17. lib. 1. In casu autem præfenti privilegium immunitatis ab oneribus Cameralibus donec clericus assequatur beneficium sufficiens, fuit concessum ea tantum ratione, quia adeptus beneficio ad vitam sufficienti, clericus habeat unde vivere possit, etiam si ejus patrimonium sit obnoxium impositionibus Cameralibus. Hæc autem ratio cessat dimisso beneficio, quia eo casu clericus non haberet unde viveret, vel cogere cum Ordinis dedecore mendicare, si ejus patrimonium ab oneribus Cameralibus

libus absorberetur, vel minueretur. Ac proinde ecclesiæ huiusmodi causa extinctionis privilegium redibit ad primæviam ejus naturam. Et confirmatur, quia non sat est conditionem momento extitisse, ubicumque constat disponentem voluisse ut perduraret. Ang. cons. 159. Conradus Albert. n. 3. col. 4. vers. Nec etiam obstat. Ad hæc ubi factum, vel casus positus in conditione requirit effectum juris prout si in conditione est, si testamentum fecerit, si consul fuerit, si matrimonium contraxerit, si monasterium intraverit, cuius generis videtur esse etiam hæc, si beneficium assequutus fuerit, utique si factum non duret, vel effectus juris non sequatur, conditio non est impleta, nec sufficit, ut semel extiterit, nisi perseveret, ut tradit Ang. d. cons. 159. num. 3. vers. Quandoq; in conditione, & n. seq. ubi plura congerit exempla similia. Quod procul dubio procederet si dimissio beneficii non esset voluntaria, sed coacta, puta ratione infirmitatis perpetuæ, inimicitiarum, vel præcepti superioris; ex singulari doctrina Anchar. cons. 404. n. 8. cuius verba hæc sunt: (Illa multum differunt, facere actum voluntarium, vel coactum, sive necessarium: istis enim qui necessario actum faciunt, semper est à jure succurrendum, ut remaneant sine damno; alii non ita, ut l. Eidejussor, s. Si necessaria, ff. Qui factus, cogant. Sic ergo huic resignanti videtur à jure subveniendum, ut si beneficium, quod vigore gratiæ consequutus fuerat, factio legem animatæ, id est Papæ, amisit, ad suam gratiam prius nam etiam extincta fuerit, ipso jure redeat, ut servetur illi ius, c. Si beneficia de præb. lib. 6. ubi ad jus etiam per renunciationem extinctum quis revertitur, si illud, quod obtinuit, factio Papæ perdidit, live amisit. Pro hoc etiam facit natura rescissorum, quando enim factio legis, vel iudicis de novo quæritum rescinditur, semper ad antiquum quis revertitur ipso jure. Et infra, si semel beneficio Principis beneficium consequutus sum, & illud factio ejus amittit, æquum est me ad meam gratiam ipso jure reintegrari: nam licet à beneficio Principis recedat, cum incipit esse iniquum, c. Suggestum de decim. ita è converso, si revocatio extinguitur, debet beneficium reviviscere. Hæc Petr. de Anchar. qui hoc modo conciliat opiniones Archid. & Jo. And. in d. c. Non potest, de Præben. in 6. Itaq; in hac 3. quaest. nihil putarem generaliter respondendum, sed inspicendas rationes, ac verba cuiusque privilegii, an Clericus spontè dimiserit, an coactus, an remaneat pauper, an dives dimisso beneficio; atque ita in singulis casibus retum, ac personatum qualitatibus maturè consideratis deliberandum, & ita responsum ad singula superius propolita.

DE PRÆBENDIS.

Cap. Quia in tantum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Episcopi permittere non debent quem plures Ecclesias, vel præbendas obtinere.
- 2 Beneficiorum pluralitas quibus ex causis improbat.
- 3 Ambitio quid sit.
- 4 Ambitiosus quis penam incurrit.
- 5 Beneficia plura obtinere absque rationabili dispensatione an sit peccatum mortale, & n. seqq. usq; ad num. 20.
- 6 Opinionum diversitas circa pluralitatem beneficiorum, an excuset à peccato.
- 7 Præbendas plures obtinere, an sit prohibitum jure divino.
- 8 An in jure naturali.
- 9 Beneficiorum pluralitas quas habet de formitate, & inordinationes.
- 10 Equivocus ex causis huiusmodi deformitates evacuantur vel auferantur, & n. seqq.
- 11 Dispensatio ad jus naturalem non pertinet.
- 12 Beneficia plura obtinere etiam ex legitima causa jure ecclesiastico non licet absq; dispensatione.
- 13 Dispensatio ad plura beneficia sine rationabili causa non redditur tantum dispensatum quoad Deum.
- 14 Dispensatio irrationalibus dispensatio dicenda est.
- 15 Papa voluntas in dispensationibus habetur pro ratione.
- 16 Declaratur.
- 17 Consuetudo nutriendi pluralitatem beneficiorum non valet.
- 18 Consuetudo obtinendi plura beneficia simplicia, si unum sit sufficiens, est corruptela.
- 19 Beneficium secundum ex Concilio Tridentino tradendum uni potest conferri, si primum sit sufficiens, & utrumque personalem residentiam non requirit.
- 20 Dispensationes sunt odiosæ, & in eis non valet argumentum de majori ad minus.
- 21 Dispensatio cum monacho ad beneficium curatum non extenditur ad simplex.
- 22 Dispensatio, ut quis transire possit ad Archiepiscopatum, non habet locum in Episcopatu.
- 23 Dispensatio extenditur ad accessoria, vel connexa, seu consecutiva, & dependentia.
- 24 Dispensatio ad plura beneficia censetur etiam dispensatio super fructibus alterius in absentia recipiendis, & num. 28.
- 25 Parochialem obtinens cum dignitate, vel Canoniatu ex dispensatione tenetur residere in Parochiali, & cum lucratur reditus omnes dignitatis, vel Canoniciatus, præter distributiones quotidianas.
- 26 Dispensatio ad Parochialem cum Canoniatu dum residet in Parochiali an percipere debeat integras distributiones quotidianas in quibus universi Capiculi reditus consistunt, vel aliquam eorum partem, & n. seqq. usq; in finem.
- 27 Dispensatio ad duo incompatibilia censetur dispensatio super residentia alterius.
- 28 Et consequenter ad percipiendos fructus in absentia.
- 29 Distributiones quotidiana, ubi nulli sunt fructus, succedunt in locum præbende; & ideo debentur absentibus ex iusta causa.
- 30 Privilegium debet latè interpretari et aliquid conferat.
- 31 Canonici non datur sine præbenda.
- 32 Canonici pro servizio Episcopi, vel studiorum causa absentibus de jure communi debentur integre distributiones quotidiana, in quibus unum est reditus constituitur.
- 33 Idem si fructus præbende sint admodum tenues.
- 34 Sed post Concilium Tridentinum debentur tantum duæ tertie illarum partes, amissa tertia, quæ in servitibus accrescit.



**Q**UIA IN TANTUM. Non debent Episcopi permittere quem plures Ecclesias, vel prebendas obtinere: Hoc dicit. Sunt due partes. In prima ponitur excessus. In secunda provisio ibi, Per fratres. Vel secundum Host. & Jo. Andr. Ambitionem Clericorum diversa beneficia usurpantium precipit corrigi, & pauperum inopiam sublevari. Secunda ibi, Et de multitudine.

Nota ex hac Decretali pluralitatem beneficiorum & prebendarum improbari tanquam Canonibus inimicam, ut hic, & in c. Presbyteros, 16. q. 1. 2. 1. q. 1. per totam, c. Sanctorum, 70. dist. c. De multa, infra eod., cum multis similibus. Et collige ex hinc tota plures causas cur hujusmodi pluralitas reprobetur. Prima est, quia procedit ex radice ambitionis. Est enim ambitio proprie aspiratio ad dignitatem procedens ad actum, c. Cum jam dudum infra eodem. Quousque si si cert. per. secundum Host. hic num. 1. in verbo. Ambitio Jo. Andran eod. ver. Card. & Abb. in 1. uarab. licet S. Thom. in 2. 2. quest. 131. art. 2. dicat ambitionem esse inordinatum appetitum honoris; nam ambitiosus non respicit unde venerit, sed quod tendit, nec sibi tam iucundum est multos post se videre, quam grave aliquem ante se, ut ait Seneca, relatus ab Aaron, de Burt. hic, in 4.

Et quemadmodum talis tenetur pena in montana pravitatis in spiritualibus, c. 1. infra de Simon. ita in temporalibus, ut c. ad 1. ut de ambitu, per totam, secundum Host. & alios prealleg. Et quamvis Abb. dicat contra pluralem esse presumptionem ambitionis, pro quo facit littera ibi, Quorundam, tamen Hostien. exponens illud verbum, quorundam, melius, inquit, dixisset Omnium. Et recitat illud B. Bernardi, videlicet: O ambitio ambitientium! Crux quomodo omnes rotas, omnibus placeat!

Secunda causa est, quia prebet dissolutionis materiam, videlicet in vestibus, & moribus, ut explicat Hostien. & Jo. Andr. in ver. Dissolutionis, & Cardin. in 4. notab. Nam ex adipe prodit iniquitas, ut dicitur in Psalmo 72. Et rursus in Cantico Moysis Deuteronom. 32. 15. Intraffatus est dilectus, & recalcitravit, impinguatus, incrassatus, dilatatatus.

Tertia causa est, quia prebet materiam vagationis, ut in c. 2. supra de offic. Archiepiscopi. nam ut Abb. inquit num. 2. Quo magis homo exuberat, eo facilius efficitur vagus.

Quarta causa est impotentia pluribus serviendi, ut patet ibi, Cum nec duabus passim debitam provisionem impendere. Ad idem c. Quia nonnulli, de Cler. non resid. Rationem habes in c. Diversi, supra de Cler. conjug. secundum Host.

Quinta demum causa est, quia talis pluralitas certum periculum continet animarum, ut dicitur in littera. Et hinc aperte deducunt Hostien. & Jo. Andr. Cardin. Abb. & alii peccatum esse plures prebendas obtinere. Et quamvis multi, praesertim ex recentioribus, affirmant in hoc articulo exare utrinque opiniones probabiles, ac proinde esset utrum in conscientia, qui ejusmodi opinionibus innixus plures Ecclesias, vel beneficia obtineret, verum tamen, ut singulariter inquit Host. hic, si quis ratur a te, utrum tenere multas Ecclesias peccatum sit nota quod dicitur hic, nec ubi certum te reddidit littera, dicit de dubitare, c. Cum contingat, 3. penult. supra de rescript. subdens hic esse expressum jus, & in c. Quia nonnulli, supra tit. prox. contra id,

quod notat Innoc. in cap. Cum Ecclesiastica, de exco. p. non. Quamobrem cum lex sit certa, quamvis qui sequitur opiniones Magistrorum non faciat contra conscientiam; tamen tenedo plures prebendas facit contra legem, & ideo peccat, ut egregie probat D. Thom. Quodlib. 8. art. 13. De certitudine autem legis ambigi non potest, quia est textus clarus hic, in d. c. Sanctorum, 70. dist. & in c. 1. 2. 1. q. 1. quod est septima Synodi c. 15. ubi habetur: (Clericus ab instanti tempore non connumeretur in duabus Ecclesiis; negotiationis enim hoc est, & turpis lucri commodum, & ab Ecclesiastica consuetudine panitus alienum.) Ad idem decretum Concilii Tridentini c. 17. sess. 24. ubi expressum est, (Ecclesiasticum Ordinem perverti, cum unus plurimum officia occupat Clericorum; & multos qui improba cupiditatis affectu ea, quae bene constituta sunt, variis artibus eludere, & plura simul beneficia obtinere non erubescunt, se ipsos, non Deum decipere.) S. Thomas Quodlib. 9. art. 15. disputat hanc questionem, Utrum habere plures prebendas sine cura animarum sit peccatum mortale? Et ex ejus dictis eliciuntur sex conclusiones.

Prima conclusio est, Jure divino haec questio non invenitur determinata expressis, cum in sacra Scriptura expressa mentio de eo non fiat.

Secunda conclusio, Quod pertinet ad jus naturale, plures prebendas obtinere non est actus habens deformitatem inseparabilem annexam, sicut est fornicatio; aliter in nullo casu dispensationem recipere possit. Item non est actus ex se indifferens ad bonum, & malum; non enim illicitum est habere plures prebendas, sicut plura poma, ut nonnulli perperam dixerunt, sed est actus continens in se plurimas inordinationes. Primo enim non est possibile aliquem in pluribus Ecclesiis deservire, in quibus est prebendatus, cum prebendae videantur esse ordinatae quasi quaedam stipendia Deo ibidem ministrantium. Secundo, hinc sequitur diminutio cultus divini, dum unus loco plurimum instituitur. Tertio, fraudatur voluntas testatorum, qui ad hoc aliqua bona Ecclesiis contulerunt, ut certus numerus Deo deservientium ibi esset. Quarto, hinc sequitur inaequalitas, dum unus pluribus beneficiis abundat, & alius nec unum habere potest, & multa alia hujusmodi, quae de facili patent. Unde ejusmodi actus habendi plures prebendas non potest contineri inter indifferentes actiones, & multo minus inter eas, quae sunt secundum se bonae.

Tertia conclusio, Quamvis idem actus sit ex genere illorum, qui absolute considerati, deformitatem, vel inordinationem quandam important; tamen haec deformitas cum non sit intrinseca, seu inseparabilis, cessare potest aliquibus circumstantiis advenientibus: nam sicut occidere hominem, vel percutere, in se deformitatem quandam importat; sed si addatur, percutere malefactorem propter justitiam, vel percutere delinquentem causa disciplinae non erit peccatum, sed virtuosum: Ita quamvis plures prebendas obtinere aliquas inordinationes contineat; tamen aliae circumstantiae possunt supervenire ita honestantes actum, ut praedictae inordinationes totaliter evaentur, ut puta, si sit necessitas in pluribus Ecclesiis ejus obsequii, & possit plus servire Ecclesiae, vel tantumdem abens, quam alius praesens, & si quae alia sunt hujusmodi,

Quarta conclusio, His conditionibus, seu circumstantiis supervenientibus obtinere plures prebendas cum recta intentione non erit peccatum, etiam nulla dispensatione interveniente, si consideretur tantum secundum jus naturale; quia dispensatio ad jus naturale non pertinet, sed solum ad positivum. Si vero aliquis ea intentione plura beneficia habeat, ut sit ditior, ut lautius vivat, & ut facilius ad Episcopatum perveniat in aliqua Ecclesiarum ubi est prebendatus; non tolluntur praedictae deformitates, sed augentur, quia cum tali intentione & unum beneficium habere, quod nullam in ordinationem importat, esse illicitum.

Quinta conclusio, Jure Ecclesiastico prohibetur etiam plures prebendas obtinere absque dispensatione, etiam illis circumstantiis supervenientibus, quae deformitates, seu inordinationem tollunt.

Ultima conclusio, cessantibus ejusmodi circumstantiis licet non est plures prebendas obtinere etiam cum dispensatione, eo quod dispensatio non auferat ligamen juris naturalis, sed solum ligamen juris positivi. Haec ex D. Thoma. Et in hoc tandem residet hic Canonista nostri: nam Hostien. in fine, dicit pluralitatem prebendarum verum periculum animae continere, id est peccatum esse, nisi rationabiliter fuerit dispensatum: alioquin, inquit, si sine causa sit, te talis dispensatio dissipabit; quia secundum D. Bernardum, talis non dispensatio, sed dissipatio debet dici. Sequuntur Jo. Andr. in fine, Card. num. 3. Anchar. num. 3. & Abb. num. 2. vers. Nec valet dispensatio, ubi testatur de communi opinione. Et idem sensus profertur in c. Extrapandis, §. Qui vero, de preben. post Jo. de Lign. quem citat in Clem. Gratia, de rescript. Dixi latissime in c. fin. de fil. Presby. & in c. Dudum, §. 2. de elect. Nec dissentit Dec. hic: nam est num. 6. dicat doctrinam Hostienis procedere in Episcopo tantum cujus dispensatio super pluralitate beneficiorum non valet sine causa, non autem in Summo Pontifice, quia de factis ejus judicare non licet, c. Nemini, 17. quest. 4. Et in ejus dispensationibus sola voluntas est pro ratione, & allegat Innoc. in d. c. Dudum, tamen inferius num. 9. declarat hoc procedere quoad Ecclesiam militancem, secus quoad Deum. Et ita etiam dicitur Innocentii declarat Abb. in c. De multa, col. 3. vers. si praedictis infero, infra eodem, & in d. §. Qui vero, num. 44. Dixi in c. Ex parte, §. num. 56. usque ad num. 66. supra tit. prox. Unde concludendum cum B. Bernardo relato a D. Thoma d. quodlib. 9. art. 15. Qui no 1 unus, sed plures est in beneficiis, non unus, sed plures erit in supplicis.

Ex his inferit Ant. de Burt. num. 2. vers. & propter aliam, ut non valeat consuetudo nutiens pluralitatem beneficiorum; quia cum inducat periculum animarum, & sit causa tantorum malorum, est irrationabilis. c. Ex parte, §. cap. fin. de consuetud. & sequitur Abb. hic num. 2. Et inferius in d. c. Extrapandis, §. Qui vero, num. 36. de preben. ubi optimis rationibus concludit consuetudinem obtinendi plura beneficia simplicia, etiam personalem residentiam non requiritur, si unum sit sufficiens, esse corruptelam; & ideo impraescribibilem. Et videtur ex mente S. Th. d. quodlib. 9. art. 15. dum dicit, jura antiqua prohibentia pluralitatem prebendarum continere jus naturale; & ideo non posse per contrariam consuetudinem abrogari.

Quarta conclusio, His conditionibus, seu circumstantiis supervenientibus obtinere plures prebendas cum recta intentione non erit peccatum, etiam nulla dispensatione interveniente, si consideretur tantum secundum jus naturale; quia dispensatio ad jus naturale non pertinet, sed solum ad positivum. Si vero aliquis ea intentione plura beneficia habeat, ut sit ditior, ut lautius vivat, & ut facilius ad Episcopatum perveniat in aliqua Ecclesiarum ubi est prebendatus; non tolluntur praedictae deformitates, sed augentur, quia cum tali intentione & unum beneficium habere, quod nullam in ordinationem importat, esse illicitum.

Ultima conclusio, cessantibus ejusmodi circumstantiis licet non est plures prebendas obtinere etiam cum dispensatione, eo quod dispensatio non auferat ligamen juris naturalis, sed solum ligamen juris positivi. Haec ex D. Thoma. Et in hoc tandem residet hic Canonista nostri: nam Hostien. in fine, dicit pluralitatem prebendarum verum periculum animae continere, id est peccatum esse, nisi rationabiliter fuerit dispensatum: alioquin, inquit, si sine causa sit, te talis dispensatio dissipabit; quia secundum D. Bernardum, talis non dispensatio, sed dissipatio debet dici. Sequuntur Jo. Andr. in fine, Card. num. 3. Anchar. num. 3. & Abb. num. 2. vers. Nec valet dispensatio, ubi testatur de communi opinione. Et idem sensus profertur in c. Extrapandis, §. Qui vero, de preben. post Jo. de Lign. quem citat in Clem. Gratia, de rescript. Dixi latissime in c. fin. de fil. Presby. & in c. Dudum, §. 2. de elect. Nec dissentit Dec. hic: nam est num. 6. dicat doctrinam Hostienis procedere in Episcopo tantum cujus dispensatio super pluralitate beneficiorum non valet sine causa, non autem in Summo Pontifice, quia de factis ejus judicare non licet, c. Nemini, 17. quest. 4. Et in ejus dispensationibus sola voluntas est pro ratione, & allegat Innoc. in d. c. Dudum, tamen inferius num. 9. declarat hoc procedere quoad Ecclesiam militancem, secus quoad Deum. Et ita etiam dicitur Innocentii declarat Abb. in c. De multa, col. 3. vers. si praedictis infero, infra eodem, & in d. §. Qui vero, num. 44. Dixi in c. Ex parte, §. num. 56. usque ad num. 66. supra tit. prox. Unde concludendum cum B. Bernardo relato a D. Thoma d. quodlib. 9. art. 15. Qui no 1 unus, sed plures est in beneficiis, non unus, sed plures erit in supplicis.

Ex his inferit Ant. de Burt. num. 2. vers. & propter aliam, ut non valeat consuetudo nutiens pluralitatem beneficiorum; quia cum inducat periculum animarum, & sit causa tantorum malorum, est irrationabilis. c. Ex parte, §. cap. fin. de consuetud. & sequitur Abb. hic num. 2. Et inferius in d. c. Extrapandis, §. Qui vero, num. 36. de preben. ubi optimis rationibus concludit consuetudinem obtinendi plura beneficia simplicia, etiam personalem residentiam non requiritur, si unum sit sufficiens, esse corruptelam; & ideo impraescribibilem. Et videtur ex mente S. Th. d. quodlib. 9. art. 15. dum dicit, jura antiqua prohibentia pluralitatem prebendarum continere jus naturale; & ideo non posse per contrariam consuetudinem abrogari.

Quarta conclusio, His conditionibus, seu circumstantiis supervenientibus obtinere plures prebendas cum recta intentione non erit peccatum, etiam nulla dispensatione interveniente, si consideretur tantum secundum jus naturale; quia dispensatio ad jus naturale non pertinet, sed solum ad positivum. Si vero aliquis ea intentione plura beneficia habeat, ut sit ditior, ut lautius vivat, & ut facilius ad Episcopatum perveniat in aliqua Ecclesiarum ubi est prebendatus; non tolluntur praedictae deformitates, sed augentur, quia cum tali intentione & unum beneficium habere, quod nullam in ordinationem importat, esse illicitum.

Hodie Decreto Concilii Tridentini c. 17. sess. 24. statutum est, ut in posterum unum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur. Quod quidem si ad vitam ejus, cui conferitur honeste sustentandam non sufficit, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri. Et circa hoc decretum vide quod scriptum in c. Cum non ignores, infra eod.

In Glossa 1. ibi, In omnibus accessorii: nota dispensationem extendi ad consecriva, seu accessoria, & dependentia, quod nunquam tradas oblationi ad limitationem eorum, quae not. Host. in c. Postulasti, num. 1. 2. de rescript. ubi singulariter ait in dispensationibus non valere argumentum: Dispensatum est in majori, ergo & in simili, vel minori. Quod dictum valde excolit hic Decius num. 10. Ratio est, quia dispensationes sunt odioe, & stridit intelligenda, c. 1. in fine de fil. Presb. in 6. de c. Quod dilectio, infra de consang. & affini. praesertim super pluralitate beneficiorum, ut hic, & in c. fin. de translat. secundum Host. ubi sup. Unde si dispensetur cum Monacho ad beneficium Curatum, non censetur dispensatum ad simplex, ut notabiliter scripsit Jo. Andr. in reg. quae aures de regul. jur. in 6. in Mercat. quem sequitur Dec. hic num. 14.

Et dispensatio ut quis transire possit ad Archiepiscopatum, non extenditur ad Episcopatum, ut est text. in d. c. fin. de translat. & notat Gemin. in c. Quamvis de preben. in 6. per textum in c. Car. de non sacrosdotali, eod. tit. & ibi. Haec, inquam, doctrina Hostienis cum suis illationibus, quas cumulant DD. in d. c. Postulasti, non procedit in accessoriiis, vel connexis, seu consecratis & dependentibus quia ad illa extenditur dispensatio, quantumvis odioa, & stridit juris, ut in gloss. nostra, quam sequuntur Anton. de Burt. num. 5. & 6. Abb. num. 3. & communiter DD. Mandol. ad regul. 20. Cancell. quest. 7. n. 3.

Hinc fit, ut si dispensetur super pluralitate beneficiorum, censetur etiam dispensatum super residentia alterius, ut dicam infra n. 27. Et dispensatus ad duo beneficia, censetur etiam dispensatus super fructibus alterius in absentia percipientis, cum hoc sit consecrativum, & accessorium ad principalem dispensationem, secundum Archid. & alios inferius citandos num. 2. h. argum. c. Licet, infra eod. c. De catero, & c. Cum dilectus, supra tit. prox. & c. Olim, de verb. significat. Et hodie est expressum in Constitutione Pii V. quae incipit, Capientes, edita 8. idus Julii 1568. in Bullar. to. 2. pag. 262. tibi obtinentes ex dispensatione Apostolica Parochialem cum dignitate, vel Canoniatu tenentur residere in Parochiali; & nihilominus sic residentes lucratur in absentia omnes, & singulos fructus, & proventus Canonici sui, vel Dignitatis, exceptis dumtaxat quotidianis distributionibus, & aliis, quae ex justa causa absentes percipere non solent.

Quaero de questione facti. Postea dispensatione Joannis Baptistae de Angelis a Sede Apostolica concessa ad obtinendum Canoniam Cathedralis, & Parochialem in una eadem civitate: ita tamen ut in Parochiali residere, & in Cathedrali post impletum Parochialis servitium horis Canonici interesse teneatur, amittatur ne distributiones quotidianas illarum horarum, quibus ipse Parochialis servitio occupatus, choro Cathedralis.

Hinc fit, ut si dispensetur super pluralitate beneficiorum, censetur etiam dispensatum super residentia alterius, ut dicam infra n. 27. Et dispensatus ad duo beneficia, censetur etiam dispensatus super fructibus alterius in absentia percipientis, cum hoc sit consecrativum, & accessorium ad principalem dispensationem, secundum Archid. & alios inferius citandos num. 2. h. argum. c. Licet, infra eod. c. De catero, & c. Cum dilectus, supra tit. prox. & c. Olim, de verb. significat. Et hodie est expressum in Constitutione Pii V. quae incipit, Capientes, edita 8. idus Julii 1568. in Bullar. to. 2. pag. 262. tibi obtinentes ex dispensatione Apostolica Parochialem cum dignitate, vel Canoniatu tenentur residere in Parochiali; & nihilominus sic residentes lucratur in absentia omnes, & singulos fructus, & proventus Canonici sui, vel Dignitatis, exceptis dumtaxat quotidianis distributionibus, & aliis, quae ex justa causa absentes percipere non solent.

Quaero de questione facti. Postea dispensatione Joannis Baptistae de Angelis a Sede Apostolica concessa ad obtinendum Canoniam Cathedralis, & Parochialem in una eadem civitate: ita tamen ut in Parochiali residere, & in Cathedrali post impletum Parochialis servitium horis Canonici interesse teneatur, amittatur ne distributiones quotidianas illarum horarum, quibus ipse Parochialis servitio occupatus, choro Cathedralis.

Quaero de questione facti. Postea dispensatione Joannis Baptistae de Angelis a Sede Apostolica concessa ad obtinendum Canoniam Cathedralis, & Parochialem in una eadem civitate: ita tamen ut in Parochiali residere, & in Cathedrali post impletum Parochialis servitium horis Canonici interesse teneatur, amittatur ne distributiones quotidianas illarum horarum, quibus ipse Parochialis servitio occupatus, choro Cathedralis.